urgens etiam de hac regiōe/terram que tunc chananea nunc vero iudea dicitur: habita
uit. Fame vero posteris temporibus apprehendente chananeam. egiptios viuere felici
ter audiens: ad eos profectus est. Et infra. Erat autem abraham in eorum āmiratione
tanquā vir sapiens atq3 paratus ad satisfaciendum atq3 loquendum quodcūq3 docere ni
teretur. Arismeticam quoq3 illis contulit/et que de astrologia sunt ipse contradidit.
Nam ante aduentum eius in egiptum/ hec egiptij penitus ignorarunt. hec(que a iose
pho scripta sunt)consonant eis que scribuntur genesis. xij. Ex hijs igitur conijcio ka/
lendarium aureumq3 numerum eidem prescriptum egiptijs traditum ab abraham. cu3
tempore dicte famis ad eos transmigrasset. Nec huic parum cōiecture affert roboris/
ꝙ anno etatis abrahe. lxxxij. quo verisimiliter descendit in egiptum. Reperitur ex

astronomico calculo fuisse media coniunctio luminarium singulis illorum dierum qui bus in egiptiorum kalendario prenotatur vnitas·aut saltem in die proximo·Et in an no sequenti quibus prenotatur binarius·et in anno deinde sequenti quibus ternarius· et sic deinceps saltem ad annos multos:non incredibile videtur egiptijs ab abraham traditum esse tam illorum kalendarium q̄ aureum numerum illi prenotatū·ciclūq3 lu narem cui temporibus illis idem numerus subseruiuit·Arbitror autem ex cursu dicti cicli lunaris egiptiorum filios israel nouisse lunam·xiiij·primi mensis·ad cuius vespe ram eis preceptum est/vt immolarent agnum paschalem pridie q̄ egiptum exirent·qd contigit anno abrahe quingentesimo/vt colligitur ex cronicis eusebij cesariēsis. No tandum est preterea q ex aureo numero ac ciclo lunari quos abraham egiptijs tra didit:cognosci poterant ad annos plures medie coniunctiones luminarium.non tamen precise sicut ex tabulis astronomicis sed iuxta propinquā existimationem/et absq3 er rore qui poterat a vulgo deprehendi. Elapsis autem nongentis·xij.annis idem ciclus palam aberrauit ad diem terciū vel plus.Nec mirum.nam sicut primationes lune(vt in particula precedenti dictum est) in annis tricentis quatuor anticipantur ad vnum diem:ita et luminarium coniūctiones.vnde triplicato tempore/necesse est huiusmōi cō iunctiones ad minus ad dies tres anticipari· Cum ergo constet ex decadibus (quas eusebius suis cronicis prenotat)annū vndecimū regni salomonis fuisse nongentesimū nonagesimū primū ab abraham.et ita nongentesimū decimū ab anno abrahe octuage simosecundo·quo(velut opinor)ille tradidit egiptijs ciclum lunarem:euidens est eun dem ciclum tunc ad dies tres aberrasse·Fuit enim dictus annus salomonis in eodem ci clo decim9septim9/quoniam predicto numero nongentorū decem annorū diuiso p ·xix reiectisq3 singulis annis·xix:supersunt anni·xvij.Qui numerus insinuauit eodem anno coniunctionem solis et lune aut potius lune primationem fuisse vicesimoseptimo die ianuarij.cui diei prenotatur numerus.xvij·Attamen anno eodem ex astronomico cal culo reperitur prius fuisse coniunctio puta die vicesimatercia ianuarij completa·xx· horis post meridiem.Quoniam igitur error cicli lunaris egiptiorum tunc non astro nomis tantum/sed et vulgo cognitus fuit:congruū erat vt iudeis nouus ciclus lunaris (quo scirent neomenias suorum mensium) traderetur. quod actum est non abradendo numerū aureum priorem/et kalendarijs alium prescribendo:sed annum illum qui pri us dictus est decimusseptim9 in ciclo veteri. denominando primū in ciclo nouo/eo q diei vicesimetercie ianuarij(qua reperta est media coniunctio luminariū)prenotatur vnitas. Si queras quis fuerit autor huius noui cicli?Estimo q dauid rex quoniam de eo scribitur ecclesiastici.xlvij·dedit in celebrationib9 decus et ornauit tempora &c· Cum enim dauid senex esset et plenus dierum constituit salomonem filium suum super israel vt habetur primi paral.xxiij. Vbi consequenter subditur qualiter dauid auxit numerū ministrantiū in templo/descripsitq3 salomoni modum quo templum edificaret Hec faciens dedit in celebrationibus decus. Et quomodo pulcrius potuisset ornare tempora q̄ tradendo ciclum lunarem per quem nosci possent neomenie mensiū/dierq3 singularum festiuitatum legalium?Quem ciclum arbitror fuisse ciclum lunarem hebre orum.qui licet ab initio precise vel quasi representaret coniunctiones luminariū:lap su tamen temporis tandem aberrauit sicut de ciclo lunari egiptiorū statim dictū est·

Cum autem per romanos pontifices Pium Eleutherium et Victorem statutū esset pascha non alio die celebrandū esse/ q̄ dominico proximo post lunam decimāquartā

primi mensis. Nec patribus videretur pro pascha seruando querendam esse lunam de
cimāquartam ex ciclo lunari hebreorum quem perpenderant aberrasse ad diem quar
tum. preterierant enim ab illius institutione anni circiter mille ducenti. non habentes
ergo ciclum alium: cōmiserunt vt beda scribit libro te temporibus antistiti alexandrino
(viguit enim apud egiptios supputationis peritia) quatinus pontifici sedis apostoli
ce annūcians per eum ceteris ecclesiarū prelatis diem paschalis festiuitatis indicaret.
Tandem inuento ciclo decemnouenali ab eusebio cesariensi comprobatoqꝫ per nycenā
synodū: de post in ecclesia dei ex eodem ciclo vsqꝫ in diem presentem computatur luna
xiiij. post quam die dominico proximo pascha celebrandū est. Vt ea que dicta sunt in
notescant clarius accipiatur annus septimus marcelliani pape qui fuit ab incarnatio-
ne dominica tricentesimus quartus. et vndecimus ante coronationē siluestri pape. sub
quo nycena synodus seruata est. hunc annū profecto diligens supputator reperiet ex
decadibus quas eusebius cronicis suis prescribit fuisse. M. ccc. xxviij. ab āno vndecimo
regni salomonis qui fuit primus in ciclo lunari hebreorum. Quo numero annorꝫ per
xix. diuiso. reiectisqꝫ singulis annis. xix: remanent anni. xvij. Fuit igitur dictus annus ī
eodem ciclo decimꝰseptimꝰ. Et aureus numerus. xvij. qui prenotatur. xxvij. die ianua
rij: designauit in eo fuisse coniunctionem solis et lune aut potius lune primationeꝫ. Cal
culus autem astronomicus monstrat eodem anno prius fuisse mediam coniūctioneꝫ vt-
pote. xxiij. die ianuarij completa horis. x. post meridiem. Quod forte perpendens euse
bius qui tunc floruit in ecclesia: ciclum lunarem nouū (quem nos decemnouenaleꝫ voca
mus) adinuenit annū illum denominās primū in suo ciclo quem hebrei dicebant in eorꝫ
ciclo decimūseptimū errantes quidem in obseruatione sui paschatis a luna. xiiij. pri-
mi mensis. non minus q̄ nos temporibꝰ istis erremus. Indecens est ergo iudeos mo
dernos nos criminari. quasi non rite nostram seruantes festiuitatem paschalem. cum
constet patres eorum olim non minus q̄ nos errasse. Vnde protherius alexandrinus
epūs ī epl'a ad leonem papam. Iudei īquit ignorantes dominū: tempus quoqꝫ pasche
ignorant. Insuper pro solutione dubij quod mouet iohānes de muris in tractatu suo
de regulis compotistarum: An scilicet aureus numerus coniunctionem luminariū re-
presentet an lune primationē? Notandū est ꝙ quātū proposito sufficit. duplex reperitur
mensis lunaris. vnus artificialis alter vulgaris. Initiū mensis artificialis ex tabulis
tantum astronomicis cognosci potest. Sunt autem huiusmodi menses artificiales ī du
plici differentia/ quidam incipiunt simul cum media coniūctione luminariū et in illorū
proxima sequenti coniūctione terminantur. Huiusmodi menses omnes sunt equales in
tempore. continent enim singuli secundum hebreos dies. xxix. horas. xij. et puncta sep-
tingenta nonaginta tria/ facientia. xliiij. minuta tria secunda et. xx. tercia. Secundum
alphonsum vero continent totidem dies/ horas/ minuta/ et secunda/ sed duo tantū tercia
cum alijs tamen fractionibus que nequaq̄ ascendunt ad vnū tercium. Alij menses ar
tificiales incipiunt a vera primatione lune: ⁊ ī proxima eius sequēti primatione termi
nātur. Et quoniam luna incipit dici vere prima in vespera diei in qua luminaria fue
runt coniuncta: necesse est huiusmodi menses regulariter esse inequales in numero die
rum. interpolatim scilicet vnū. xxx. dierum. et alterum. xxix. Menses vulgares incepe
runt apud egiptios et hebreos ⁊ iam incipiunt apud xpristianos. non vt monstrat cal
culus astronomicus ex tabulis: sed vt monstrat calculus compotisticꝰ ex aureo nume
ro kalendarijs prescripto. qui simplicibus datus est vt cognoscere possint lune prima-

tiones· non secundum precisionem sȝ secundum ppinquam existimationem . nec in per/petuum. sed ad tempus . nisi forte (cum talem ciclum notabiliter aberrare cōtigerit ! alius nouus veteri relicto (sicut statim dictum est) substituatur/ Patet ex hijs aureū numerum principaliter prenotatum esse kalendarijs ppter siplicìores qui artis astronomice piti non sunt ad cognoscendas quod rudi modo lune primatioēs icidenter tamē etiam insinuat mediam coniūctionem luminarium illi diei vicinam esse cui numerus āni prenotatur quoniā lune primatio diem coniūctionis inseparabiliter cōcomitatur Hijs imorari libuit tum quia propter eorum ignorantiam opinor plures loquentium de tpe dnice passionis in errorem seductos esse · tum quia eorum noticia non parum conferet ad conficiendum (si sciſſimo dnō nrō placuerit) nouum ciclum xix · per quem reperiri possit luna xiiij· post quam pascha seruandum erit· non minus precise q̄ tempore nyceni concilij per ciclum xix nunc currentem/

Particula quarta continet hanc veritatem· xpūs octauo kalēdas aprilis crucifixus est·



Xpristus viij. kal aprilis crucifixus est et vi. earundē kl· resurrexit Hāc veritatem fideliter credendam puto luculenter demonstrari posse · partim ex serie textus euangelici · partim ex calculo non astronomico · sȝ quo consueuerūt vti compotiste Xpūs enim ut ipē met testatur mathei v. Non venit soluere legem /Lex aūt exo · xij· precepit agnum paschalē manducandum esse luna xiiij primi mensis ad vesperam Sic ergo xpūs agnum paschalem cum discipulis māducauit · Nec vno die preuenit ut a grecis asseritur Nam lucas capitulo suo xxij. venit inquit dies festus asimorum i quo necesse erat (secundū legē scilicet) occidi pascha · Ubi paulo post subdit · Et facta hora discubuit / et xij · discipuli cum eo ·et ait illis · Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum ꝛc Manducauit ergo cristus pascha luna xiiij · primi mensis · non quidem luna vere xiiij / de qua dictum est in prima particula Sed luna xiiij legali . quam iudei temporibus xpri seruabant iuxta cursum cicli lunaris eis a dō traditi · vt ostensum est in tercia particula · queadmodum etiam nos seruamus lunā xiiij paschalem iuxta cursum cicli decemnouenalis quem inuenit eusebius cesariensis · ac patres in nycena synodo congregati canonisarunt · sicut visum est in tercia particula His ita se habētibus / Cum ānus quo xpūs passus est i ciclo lunari hebreorum fuerit xiij ut statim ostendam ! consequēs est eodem anno lunam secundum cursum eiusdem cicli fuisse primā quinto ydus marcij (cui diei prescribitur in aureo numero numerus decimustercius Et hinc vsqȝ ad diem decimumquartum progrediendo qui est nonus kl. aprilium fuit luna decimaquarta ad cuius vesperam xpūs et reliqui iudei secundum legem manducauerunt pascha Quare cum secundum seriē textus euangelici xpūs in crastino cruci affixus sit ! euidens est eum viij ·kl aprilium crucifixū esse ac tercio die sequenti puta sexto earundē kl · a mortuis resurrexisse · quod dixi fideliter credendum esse Nichil assumptorum scrupulum habet nisi hoc vnum / q̄ ānus quo xpristus passus est fuit in ciclo lunari hebreorum decimustercius Quod sic ostēdetur Nā cōpotiste i hoc cōsentiūt q̄ ān9 prim9 icarnatōis dnice fuit i ciclo luāri xviij Recte quidem· ostensum enim est in tercia particula annum vndecimū regni salomonis fuisse primum in ciclo lunari hebreorum Sed vt patet ex decadibus que prenotantur

cronicis eusebij idē ānus salomonis fuit ab abrahā nōgentesimus nonagesimus primus. Et annus primus incarnationis dominice fuit ab abraham bis M. xv. Ab hoc autem numero annorū si subtrahantur nongenti nonaginta: patet annū primum incarnationis dominice fuisse millesimum quintum et ꝑ consequens xviij in ciclo lunari hebreorū. Si quis eī hunc numerum annorum M. xxv diuidat ꝑ xix singulosqz xix reijciat : superūt tandem anni xviij. Quare secundum regulam cōpotistarum quam tradunt ad inueniendum de quolibet anno quotus est in ciclo lunari primus annus incarnationis dnīce fuit in ciclo lunari hebreorum xviij. Et in eodem ciclo progrediendo reperietur annus xxxiiij sequens in quo xp̄us passus est. fuisse xiij in ciclo lunari hebreorum qd̄ erat probandum Dcē veritati que ex scriptura canoīca et certa supputatione cōpotistica tam luculenter deducta est: non tātum attestatur ritus mrīs ecclesie. sed etiā celebriores eius doctores. Jheronimus eī expresse notat in martirologio xp̄m crucifixū esse viij kal aprilis Et vi. earundē kal. resurrexisse / Et Augus. xviij. de ciuitate dei capitulo vltiō Mortuus inquit est xp̄us duobus genūs consulib9 viij. kal. aprilis et resurrexit die tercio / utpote sexto earundem kal. sicut apl̄i sui sensibus probauerunt Cirillus etiam alexandrinus episcopus in epl̄a ad synodum carthaginēn de xp̄o loquens / ita dicit Eodem die conceptus in vtero est et mortuus in cruce dū in sexta feria mortuus est adam in anima pro peccato in ꝑadiso / et eodem die xp̄us obijt in cruce Nullus autē fidelium dubitat quin xp̄us viij die dictaꝝ kl angelo nunciante conceptus est q̄obrem eodem die ecclesia celebrat festum annunciationis Quoniam autem Cirillus post dcā verba cōcludens epl̄am subdit Respōsū est vt opinor oibz de quibz īterrogastis me. et omnia scripta nycene synodi protuli ꝛc̄ : appet prēs qui congregati fuerant in eadem synodo de die quo xp̄us passus est sic sensisse. sicut Jheronimus et Augustinus Finis non erit si singulos recensere ꝑrexero qui concorditer consentiunt in dictam veritatem

Quinta ꝑticula continet opinionem dicentium xp̄m passum decimo kl aprilis.

Huic tamen tam patenti veritati non assensit theophilus cesariēn qui floruit sub victore papa circiter annum domini ducentesimum Dixit enim xp̄m passū viij. kl aprilis ac vij. earundem kl resurrexisse vnde beda commemorans illi9 sniām li. de tꝑibus capitulo lxvi. (in quo plures incipiūt librum eius secūdum dicit ī hunc modum Sexta die deus aīantia terrestria et ipsum hoiēm formauit adā. de cuius latere dormientis mrēm omniū viuentiū produxit euam. que nunc q̄ntum michi videtur esse credibile : decimus kl aprilium dies appellatur. vnde merito creditur (si non verior vincit snīa) quod beatus theophilus cum ceteris palestine. sed et ꝑmultis aliarum regionum episcopis. de pascha disputans scripsit eodem x. kl aprilium die dominum fuisse crucifixum. Ubi subdit Decebat eī vna eademqz die non solum ebdomadis sed et mensis die. secundum adam pro generis humani salute viuifica morte sopitum de productis a latere suo sacramentis celestibus sponsā sibi scīficare ecclesiam. qua videlicz die primum adam patrem humani generis ipē creauerat. eiqz de latere costam tollens edificauit mulierem. cuius adiutorio genus ꝑpagaret humanum Sensit ergo non tantum theophilus cesariensis sed et plures aliorum ecclesiarum epī. xp̄m. x. kl aprilis crucifixum esse. et ita resurrexisse tercio die sequenti qui est viij earundem kl Eiusdē

sentencie fuit gerlandus inter cōpotistas famatissimus. de quo loquens Rogerius ba-
chon in epistola ad clementem papam quintum, dicit sic / Videns gerlandus dyonisium
non posse saluari nec sequaces eius. Nolens etiam beato Augustino et Jheronimo ad
herere de kalendis passiōis xpi: adhesit beato theophilo / qui fuit vicinus aplis ponēti
q x°. kl' aprilium dominus passus est Idem senserunt et galli ex instructiōe (ut arbi
tror) hyrenei lugdunens epi qui cōtemporaneus erat theophilo / Sic enim legitur in
epistola synodica eiusdem theophili / ut testatur beda libro de tpibus capitulo quadrin
gentesimoseptimo / Galli quacūqz die viij9 kl' aprilium fuisset. quando resurrectio xpri
fuisse tradebatur. pascha semp celebrabant. Cūqz xpūs a mortuis sm euangeliū die ter
cio resurrexerit: euidens est q secundum eos x°. kl' apriliū crucifixus est Ne putetur
gallos pascha seruantes annis singulis viij°. kl' (qualiscūqz fuisset feria) cōtrauenisse
decretis romanoꝝ pontificum. qui statuerunt pascha non nisi die dominico celebrandū
esse: sciendum, q quia scdm hebreos loquētes de annis lunaribus xpūs resurrexit do
minica proxima sequente lunam decimāquartam primi mēsis / Et secundū romanos lo
quentes de annis solaribus xpūs resurrexit (ut saltem galli putarēt q̄diu secuti sunt
dictam opinionē theophili) xxv°. die mensis tercij puta martij: Ideo contigit in memo
riam passionis dominice seruari duplex pascha. vnum iuxta supputationē primam et
sic ordinatum est a romanis pontificibus pascha celebrandum esse non nisi dominico
die proximo post lunam decimamquartam primi mensis hebreorum. Aliud vero iux
ta supputationem secundam. sic galli pascha semper seruauerunt die vicesimaquinta
marcij qui est dies octauus kal' aprilium. Primum pascha est mobl'e. et alterum
fixum in certo die kalendarij puta vicesimoquinto die martij. quod a gallis vocaba
tur pascha annotinum seu anniuersarium / quinymmo puto gallos vtrumqz seruasse
pascha in diebus distinctis. nisi luna decimaquarta paschalis precessisset diem vicesimū
quintum martij. idemqz dies fuisset dies dominicus. In quo casu fuit concurrentia
vtriusqz paschatis in eodem die / Hinc etiam patet gallos non seruasse pascha asia-
norum / qui seruauerunt pascha qualicunqz feria / Galli enim pascha suum annotinum
semper seruauerunt eodem die kalendarij romani puta vicesimoquinto die / qualiscun-
qz tunc occurrisset feria. Asiani vero pascha suum seruauerunt quacunqz feria / qua
repperunt lunam decimamquartam primi mensis hebreorum. occasionem huius ob-
seruationis inde sumentes q Johannes et philippus sic apud eos pascha tenere con-
sueuerant Sed asiani meo iudicio defecerunt. Poterant enim legalia post passio-
nem xpristi ante diuulgationem euangelij obseruari a iudeis ad fidem conuersis spem
in illis non ponentibus. Ne scilicet lex vetus videretur simpliciter reprobanda sicut
ydolatria. sed esset / hoc modo deducenda mater synagoga ad tumulum cum honore
vt vult Augustinus. Sicut ergo paulus vt legitur actuum vicesimoprimo consu-
lente Jacobo intrauit templum et se sanctificauit secundum legem ad purgandum se
de fama / qua predicasse putabatur abolitionem legalium. quasi tunc fuissent morti
fera: sic arbitror Johannem et philippum in asia tenuisse pascha legale in memoriam
transitus filiorum israhel ex egipto versus terram promissionis | post diuulgatum
autem euangelium hoc pascha seruari non licuit / Sed cepit in ecclesia festiuari pas-
cha noue legis et misticum. in memoriam scilicet transitus quo xpristus ex hoc mun-
do mortali per gloriosam resurrectionem transijt ad vitam immortalem. Pascha
enim hebraice phase dicitur. quod sonat transitum. Pascha quidem iudeorum serua

batur luna decimaquarta ad vesperam · quoniam filij israhel nocte sequenti ex egipto
transierunt versus terram eis promissam / Pascha vero nostrum seruatur die domi/
nico post lunam decimamquartam primi mensis quoniam in diluculo eiusdē diei cris/
tus transijt de regione mortis ad vitam īmortalem. Iuxta illud apostoli ad Roma
nos sexto Xpristus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non do/
minabitur quod enim viuit / viuit deo · eternaliter quidem sicut et deus pater / Ex
hac digressione ad propositum redeundo / liquide patet ex premissis theophilum reli/
quosqꝫ secum sentientes credidisse xpristum decimo kalendaꝝ aprilium crucifixum esse
et octauo earundem kalendarum resurrexisse Verum quid inducere potuit hos pa
tres ecclesie primitiue · vt a tam patenti deuiarent veritate ? Hoc forte quod tangit
beda in verbis eius preallegatis / Si namqꝫ crediderunt mundum creatum decimo
quinto kalendas aprilis / sicut et beda sensisse videtur sexto capitulo libri sui de tempo/
ribus ! consequens est eos credidisse sexto die sequenti puta decimo earundem kalenda
rum · primum hominem adam ex limo formatum esse · Ac ex costa que de illius latere
dum dormiret extracta est ! formatam euam matrem omnium viuentium / vt illi figure
congrueret misterium ! putarunt decimo dictarum kalendarum xpristo in cruce dormi/
ente ! ex eius latere productam esse matrem omnium fidelium ecclesiam. Aut forsan
ex hoc inducti sunt · Nam cum temporibus eorum nondum inuentus esset ciclus decem/
nouenalis ad inueniendum lunam decimamquartam paschalem · ciclus qꝫ lunaris quo
tunc temporis vtebantur iudei . patenter aberraret ! commissum est (sicut supra patuit)
alexandrino episcopo vt intimaret Romano pontifici · ac per eum ceteris fidelibus · diē
festiuitatis paschalis · Attendentes ille theophilus et alij patres ex eadem intimatione
ꝙ in anno qui secundum cursum cicli lunaris hebreorum computabatur decimustertiꝰ
occurrit neomenia primi mensis septimo die martij currente · et ita vndecimo kalen/
das aprilis decimaquarta luna paschalis · cumqꝫ certum eis esset annum quo xpristus
passus est fuisse decimumtercium cicli lunaris hebreorum ! intulerunt / vt opinor eodem
etiam āno fuisse lunā decimamquartam vndecimo kalendas aprilis · sicqꝫ xpristum secū
dum legem eodem die agnum paschalem manducasse · et passum fuisse in crastino / puta
decimo earundem kalendarum · Vt pateat dictam intimationem quam fecit alexan/
drinus episcopus astronomico concordasse calculo ! accipiatur annus incarnationis
dominice ducentesimusquintus / quando victor indubie ecclesie Romane prefuit · Et
theophilus ecclesie cesariensis / Hunc enim annum constat fuisse decimumtercium cicli
lunaris hebreorum et ex tabulis astronomicis in eodem anno reperitur fuisse media
coniunctio luminarium ad meridianum sancte ciuitatis iherusalem die septima martij
completa horis decemetseptem post meridiem · et minutis quadragintaquinqꝫ et per
consequens die martij · octauo currente paulo ante ortum solis quare a vespera proxi
me sequenti vsqꝫ ad vesperam none diei martij / fuit luna vere prima / sicut patet ex
hijs que dicta sunt in prima particula / ac die decimoquarto sequenti qui est vndeci/
mus kalendaꝝ aprilium ! fuit luna vere decimaquarta / Dictarum rationum quibus
motos existimo theophilum / ceterosqꝫ fauentes illius sententie / postea reperies so/
lutiones tractatu secundo particula prima capituli tercij /

Sexta particula continet opinionem dicentium xp̄m crucifixum .vij. kl' aprilis



Icte veritati non adhesit victorius famatissimus calculator quem nōnulli vic-
torinum appellant Nec illius insecutor Reynerus Sic enim scriptum reperio in
quodā tractatu mgrī hermāni de zoest quē edidit ī cōsilio basilien. Quo īquit
die kalēdarij dominus mortē subijt: īuenio diuersas opiniones. Et recitatis
opiōnibꝫ theophili et iheronimi subdit. tercia opinio est q̄ crucifixus est dominus vij.
kal' aprilis/et p consequēs q̄ die v. earūdem kal' resurrexit/creditur enī scdm euāge
liū dominus die tercia resurrexisse. Hanc opiōnū diuersitatē beda tāgens libro de
tpībꝫ caplo lx. dicit sic. Ubi primū dnīce resurrectiōis dies fuerit: varie refertur. Et
quidē ut supra cōmemorauim⁹ quidā viij kl' apriliū ut theophilus Alij .vi. ut iheroni
mus Nonulli vero quītum earūd kl' diē fuisse asseuerāt vt victorius/ Cū causam scru
tarer victoriū vrgentē/vt deserēt opinionē Iheronimi qui vix eū annis quinquaginta
precesserat et nouā studeret inuenire: In primis ppendi victoriū floruisse circiter an
num dnī .cccclxiij. primo sub leone papa/de hinc sub hylario illius successore quoꝝ tpi-
bus suborta est questio de ciclo .xix. an recte representaret lune primationes lunasqꝫ
xiiij. paschales/Causa dubitandi videtur fuisse/Nā post editioēꝫ eiusdem cicli tūc effluxe
rant āni centū et fere quīquaginta/in quot ānis equinoctiū vernale āticipatū erat vno
die et amplius. sicut euidens est ex prenarratis/quare necesse est vt vx etiā lunas .xiiij.
paschales anterioratas esse ymmo leoni pape ob dcām cām visum est aliū instituendum
esse ciclū paschalem. Unde beda libro de tpībꝫ caplo xliij. Liquet inquit quia vetus hec
de etate lune questio est. etiā olim beati leonis pape industria diligēter inquisita/ Nā
(ut paulo post subdit) In huius questionis certamie/idem leo papa āmitente sibi pspo
viro doctissimo ac disertissiō. vincere sedul⁹ instās. vnanimitate eorū qui nycene synodi
decretis īuincibiliter adherebāt: laudabiliter vinci gaudebat/ Qd actū existimo ī calce-
donēn cōcilio sub leone papa celebrato in quo error enticetis dāpnatus est/Interserit
etiā beda ī caplo predicto/q̄ dcā questio hylariū papā post tot nyceni cōcilij tpa. nouū
petere et victoriū paschalē ciclū cōdere psuasit. Quē ꝛ ille cōdidit. Quoniā beda libro
de tpībꝫ recitās que īpante leone gesta sunt: victorius inquit pape hylario scripsit pas
chalē ciclū quīgentoꝝ xxxij ānoꝝ Quot etiā ānos cōtinebat magnus ciclus quē dyonisi
us postea cōfecit/eū incipiens āno īcarnatoīs dnīce. dxxxij. Licꝫ ille alterius esset īstitu
tiōis vt beda dicit xlvij. caplo libri sui de tpībꝫ Licet enim eorū cicli magni in numero
annoꝝ conueniant: differunt tamē Nā hm ciclū dyonisij nūq̄ representatur luna xiiij pas
chal' ante xij diē kl' apriliū Ante quē tamē propter dictam anticipationem equinoctij
vnal' seruari cōtingit iuxta ciclū victorij .xiiij. lunā paschalē Preterea magnus ciclus
dyonisij incipit ab āno bissextili habēte dc. pro lrīs dnīcalibꝫ qui est in ciclo solari non⁹
scdm dyonisiū et xx⁹ scdm gerlādum Sed victorius suū magnū ciclū incepit ab āno coī
habente .f. pro lrā dnīcali ac in ciclo solari primo scdm gerlandū/vtqꝫ suus ciclus con-
grueret tā natiuitati q̄ resurrectioni dnīce: victorius opinatus est xp̄ꝫ natū anno dcī
cicli solaris decimo scdm gerlandū habente .b. pro lrā dnīcali/Apte quidem vt videtur
Nā xp̄us natus creditur die dnīco .viij. kl' Januarij vbi signatur .b. Et hinc āno xxxiiij
sequenti qui est in proximo ciclo solari scdm gerlandum .xv⁹. habetqꝫ .c. pro littera
dominicali: credidit idem victorius xp̄m passum esse et resurrexisse/ Quare quoniam
scdm euām xp̄us prima sabbati (que fuit dies dnīca) resurrexit: cōsequens ei visum ē
dominū v. kl' aprilis resurrexisse. vbi signatur .c. que fuit littera dnīcalis eiusdem anni

Atq; eo magis quoniam idem annus licet esset quintus cicli decennouennalis fuit tamen secundus cicli lunaris hebreorum quo temporibus xpristi iudei (vt verisimile est) vti consueuerant. secundum cursum autem illius cicli eodem ãno fuit neomenia primi mensis quarto ydus marcij. ac die xiiij. sequenti qui est viij kl. aprilis luna decimaquarta ad cuius vesperam xpũs secundum legem agnum paschalem manducauit. Hinc ergo consequens apparet in crastino puta. vij. dictarũ kl. passiõis misteriũ ac de hinc die tercio puta quinto earũdem ka. resurrectionis dominice misteriũ cõpletũ esse sicut sensit victorius Quid ad hanc deductionẽ respondendum sit inferius require tractatu secundo tercia particula capituli tercij /

Septima pticula continet opinionẽ dicentiũ xpristũ crucifixũ eẽ tercio nonas aprilis

Dicte veritati non assenserunt nec rogerus bachõ nec Johẽs de muris. Asseruerunt enim xpũ passum tercio nonas aprilis et eisdem nonis resurrexisse Qd de primo liquet ex eius epl'a ad clementem papam quintũ. Et de altero ex tractatu suo de regulis cõpotistarũ. Ad fulciendum autẽ assertiones suas supposuerũt duo. Primũ qꝫ anno secundo cicli magni dyonisij xpũs incarnatus est. Alterum qꝫ eo die xpũs resurrexit ĩ cuius vno die mensis paschalis cõcurrerũt dies dominicus et luna decimaseptima. Quibus duobus suppositis! consequens crediderunt xpũ passum esse et resurrexisse anno xxxiiij. dicti magni cicli et per consequens anno etatis sue. xxxiij. currẽte sicut in precedenti capitulo particula sexta ostensum est. quia scilꝫ in mẽse paschali eiusdẽ ãni et nullius alterius ĩter ãnum etatis xpi. xxx[us] et. xl[us] fuit dicta cõcurrẽtia nec ĩ alio die eiusdẽ ãni qꝫ nonis aprilis. Fuit enĩ idem ãnus in ciclo solari xiiij scdm dyonisium habens. d. pro lr̃a dñicali cũ ergo nonis aprilis signetur. d patet eodẽ anno nonis aprilis fuisse diẽ dñicum. Qꝫ etiam eisdẽ nonis fuit luna xvij. declarat rogerus bachõ ex oppositiõe luĩariũ. Ait enĩ in dcã eius epl'a qꝫ anno. xxxiij. ab ĩcarnatione scdm ciclum dyonisij fuit oppõ luĩariũ scdm medium motũ ad meridianum ciuitatis nouarie die secunda mensis aprilis cõpleta horis xvij. post meridiem et minutis xvi. quare eadẽ oppõ seu luna xv. fuit die 3º. nonas aprilis. hora ei9 sexta currente. diẽ a vespa more hebreorũ ĩcipiendo. quare 3º. die sequẽti puta nonis aprilis fuit luna xvij. Id ostendit Johẽs de muris ex cõiunctiõe luĩariũ. Ait enĩ in tractatu suo prescripto. qꝫ ãno xpi xxxiij. ab ei9 ĩcarnatiõe currẽte fuit media cõiunctio solis et luẽ xix. die marcij pfecta et xx. die marcij fuit luã vni9 diei pfcã/ et dcã ẽ prima. in qua scdm eos puta cõpotistas debꝫ xv. pro prĩmatoĩs numero collocari. Quare xvij. die sequẽti puta nonis aprilis fuit luna xvij. Ut aũt magis specificetur supputacio Johĩs de muris! sciendũ ẽ qꝫ anno predicto repitur fuisse media cõiunctio luminariũ ad meridianũ scẽ ciuitatis ihrl'm/ xix die marcij cõpleta horis duabus post meridiem et minutis viij. Dicta deductio (licet multũ habeat apparentie) deficit tamen Qualiter autem soluenda sit in sequẽtibus ostendetur tractatu secundo pticula quarta capituli tercij /

Octaua pticula continet opinionem fr̃. pau. dicentis xpũ crucifixum esse xi. kl' aprilis et viij. earũdem kalendarum resurrexisse

Dicte veritati nõ assentit fr̃. pau. ymmo tam ex testimonio doctorũ ecclesie/ qꝫ calculo vt ait certissimo. suadere nititur xpristum passum xi. kal' aprilis

et·viij·earūdem kal·resurrexisse·Profert quidem in testes duos discipulos xpristi the
ophilum et policarpum·Verum cum nec illorū exprimat verba· nec libros in quib9 de
eorū constet intentione:non video quid sibi fidei conferat hec simplex testium nomina;
tio·Profert insuper in testes assertionis sue theophilum cesariensem·et firmianū lac;
tantium·quorum et allegat verba codicesq3 designat·in quibus eos opinioni sue putat
astipulari·His itaq3 parumper diutius īmorandū est·Plane confiteor theophilum cū
illo sensisse quo ad diem resurrectionis dominice·quo ad diez tamen passionis minime·
Sensit quidem theophil9 xpūm·viij·kal aprilis resurrexisse·nec ob aliam causam·q̄
quia credidit eum passum·x·earūdem kal·sicut clare patet supra eodem capitulo par
ticula quinta·Q enim theophilus senserit xpūm passum ·x·kal· apriliū· cōuincitur
non tantū ex verbis bede preallegatis.sed etiam ex causa propter quā illius cōmēdat
sententiam·quoniā secundū eam xpūs eo die crucifixus est quo formatus est Adam·
Secundū bedam enim primus dies seculi fuit·xv·kal apriliū.sicut patz ex libro eius
de temporibus capitulo·vi·Cum ergo sexto die seculi formatus sit Adam (vt legitur
genesis primo)consequens ne est bedam putasse q secundū theophilum xpūs·x.kal z
nō·xi·(vt vult Magister pau·)crucifix9 ē?Hinc perspicuū est mendosum esse libelluz
illum compotisticū rabani in quo magister pau·se dicit ita scriptū repperisse·Theophi
lus cesariensis antiqu9 videlicet vicinus apostolorū temporū doctor in epistola syno
dica quā aduersus eos qui·xiiij·luna cum iudeis pascha celebrant vna cum ceteris pa
lestine episcopis scripsit:ita dicit·Impium enim est. vt passio dominica tanti sacramēti
misteriū foras limitem excludatur·Passus nāq3 est dominus·xi·kal apriliuz· et·viij·
kal apriliū resurrexit·quō tres dies extra terminuz excludentur? Nec miretur quisq̄
si libellum in quo verba theophili sic recitata dicuntur mendosum dixerim · quoniam
beda libro de temporibus capitulo·xlviij· in epistola synodica theophili cesariensis di
cit sic haberi·Impiū non est vt passio dominica tanti sacramenti misterium foras limi
tem excludatur·Passus namq3 est domin9 ab·xi·kal apriliū qua nocte iudeis est tra;
ditus.et·viij·kl apriliū resurrexit·quo modo tres dies foras terminū excludentur·Ec
ce quanta est hinc inde verborum distantia·Quod in computo(vt ait)rabani affirmā
do dicitur Impiū enim est·hoc negando dicitur a beda sic haberi·Impium nō est. Et
quod ibi simpliciter dicitur·Passus namq3 est dominus·xi·kal apriliū· hoc a beda di
citur cum duplici addito·sic·Passus namq3 est dominus ab.xi·kal apriliū · qua nocte
iudeis est traditus·Ex quibus additionibus clare deducitur xpristum nō·xi. kal apri
lium passum esse·sed pati cepisse.dicens enim q xpristus passus est ab·xi.kal aprilium
qua nocte iudeis est traditus:palam īnuit passiōem domini cepisse· xi · kal aprilis ea
nocte qua iudas dominū iudeis tradidit · Cum ergo secūdum seriem textus euāgelici·
dominus die proximo post noctem qua traditus est·mortem crucis sustinuit:euidens ne
est passionem eius consummatam contigisse decimo dictarū kal ? Si forte suboriatur
inter nos contentio·An compotus ille rabani mendosus sit.an textus bede in quo ver
ba theophili(quēadmodū dictū ē)cōscripta repperi·scrutem² quid ī eisdē v̄bis theophi
l9 ītēdebat·Meo quidē iudicio īpugnare voluit opīonem dicētium nō licere solemniter
in ecclesia seruari memoriam dominice passionis ante octauū diem kalendarum apri;
lium.ad quod dicendum forte moti sunt· Nam vt scribit Anatbalius. lxx· interpretes
cum exponerent questiones exodi.dixerunt pascha non prius immolandum esse q̄ trā
sisset equinoctium vernale/quod a pluribus signatur·viij· dictarum kal· de quorum

nūero fuerūt ypocras et ysidor⁹. Cum igitur huiusmodi equinoctiū ab astronomis re putetur quasi limes anni: visum est eis foras id est ante huiusmodi limitem xpūm nec pascha manducasse nec passū esse et per consequens nec memoriā dominice passionis a fidelibus solemniter seruandū esse ante dictū diem in quo limes anni consignatur. Horū opinionem refellens theophilus ait. ympiū id est illicitū non est vt passio domi nica quo ad eius memoriam foras limitem excludatur/id est seruetur ante diem octa uū kal' aprilis in quo signatur dictus limes anni. Et causam assignans subdit. Nam dominus pati cepit ab. xi. earūdem kal. cuius nocte iudeis est traditus. De hinc cōclu dens addit. non quidem interrogando/vt notatur in epistola M. pauli per notā inter rogationis asscriptam/sed asserendo sic quo modo tres dies foras terminū excluden tur/quasi dicat q̄ hoc modo/dato scilicet q̄ xpristus pati cepit ab. xi. kal' aprilis die. tri duo ante. viij. diem earūdem kal' licebit memoriam passionis obseruari. Quis non vi det hunc sensum verbis theophili congruere. prout ea dixeram a beda recitari? Dicat queso M. pau. quem sensū theophilus intenderit in verbis eius/que se dicit in compo to rabani reppperisse. Liquet ne ex hijs theophilū opinioni M. pau. non modo nō attes tari sed aduersari potius? Sicut iam ostensum est eū non sincere sed corrupte verba theophili ad corroborandū assertionem suam protulisse! Sic trūcatim affert verba lactantij. Non enim lactantius tantū asserit xpūm crucifixū fuisse sub tyberio cesare duob⁹ geminis consulibus ante diem decimū kal' aprilis sicut M. pau. allegat. Sed vt supra patuit capitulo primo particula quinta premittit de iudeis loquēs. Habuerūt tetrarchas vsq; herodem/qui fuit sub imperio tyberij cesaris. Cui⁹ anno. xv. duob⁹ geminis consulib⁹ etc. Cur queso M. pau. silentio preterit annū crucifixionis domini ce solū diem exprimens? Ne scilicet min⁹ forte de die credatur lactantio/qui de anno contra euangelicam sensit veritatem. Qualiter enim illi assentiem⁹ dicenti q̄ xpūs an te decimū kal' aprilis crucifix⁹ est/cui nequaq̄ assentire licet dicenti q̄ anno. xv. īperij tiberij cesaris a iudeis cruci affix⁹ est. Ait quidem apostol⁹ ad gal'. v. Modicū fermē tū totam massam corrūpit. Incūbens itaq; dictis verbis lactantij ei similis est qui cō fidit super baculū arūdineū confractum/cui si innixus fuerit homo: intrabit in manū eius et perforabit eam. ysaie. xxxvi.

Nona particula continet deductionem qua declaratur calculum astronomicū Ma gistro Paulo. potius obesse q̄ suffragari.



Consequenter indagandū est an M. paulo certissimus (vt ait) calcul⁹ suffra getur. In hoc profecto prudenter egit. q̄ inquisiturus de die passionis do minice ad calculum se conuertit. Cū enī secundū euangeliū xpūs pass⁹ sit in crastino illius diei in quo necesse erat occidi pascha/quod secundum legem imolandum erat luna. xiiij. primi mensis ad vesperam vt patet exodi. xij. Non contingit autem lunam. xiiij. absq; calculo certe cognosci: bene egit se ad calculum conuertendo. Sed cur calculum illum in quo maxime (vt videtur) confisus est nec expressit in epis tola sua apologetica nec seorsū exigēti aīco manifestare curauit: mirari nō sufficio. Ea ppter sciscitatū ē ab eo qui prim⁹ M. p. calculū docuit. Quā die mēsis paschal' āno etatis

xpristi:xxxiij.currente quo crucifixus creditur? fuit media coniunctio luminarium? Qui respondit ex astronōico calculo eodē ãno huiusmōi cōiūctionē fuisse die·viij·mar tij cōpleta/horis·x·post meridiē/et minutis·lvij·ad lōgitudinē sancte ciuitatis iherusa lem·Verū cū lunā·xiiij·sciri contingit·nō tātum ex astronōico/sed etiam ex cōpotistico calculo/puta l' ex cursu cicli lunaris hebreoꝝ. de quo dictum ē supra eodē capitulo parti cula scđa·vel ex cursu cicli·xix·quo vsq3 in hodiernū diem vtitur ecclesia· Scrutemur quis dictoꝝ calculoꝝ(cu3 M. pau·nullu3 exprimat)eius opinioni suffragetur·Et non calculus astronomicus quē ex eius dudum preceptore didici:ostenditur sic· Dato ꝙ an no crucifixionis domini fuit media cōiunctio luminariū ·viij·die martij cōpleta horis de cem post meridiē et minutis·lvij.cu3 astronomi diē incipiāt in meridie· iudei vero in ves pera:cōsequens ē ꝙ apud iudeos fuit dicta cōiunctio·ix·die martij hora eius·v·fere cō pleta·Quare ad vesperā eiusdē diei(iuxta ea que dicta sunt supra eodē·particula pri ma)luna cepit dici prima·et vsq3 vesperā diei sequentis que fuit decima martij: diceba tur vere prima·quare die·xiiij·sequenti/qui fuit decim9 kal' apriliū fuit luna vere·xiiij Qđ si ita sit vt calculus astronomicus ostendit manifestū ē xpūm die·xi· earundē kal' crucifixum non esse/sicut M pau·opinatur· Nisi forte dixerit calculum olim sui precep toris deficere quod existimare non possum·Aut nisi dominū dixerit luna· xij· pascha manducasse/quod nephandius est errore grecoꝝ scđm quos luna·xiij· pascha mandu cauit· Si forsasse putat assertioni sue fauere calculum cōpotisticu3 hebreoꝝ· per quē illi suas olim neomenias seu lune primatiōes inuenire cōsueuerāt: errat plurimū/nisi opinionē suā deserens cū iheronimo sentiat·Fuit eni anno passiōis dominice· xiij· cicli lunaris hebreoꝝ·cum ergo numer9·xiij·prenotetur diei·xi·martij scđm compotum he breoꝝ:eodē die fuit coꝝ neomenia seu luna prima·et die·xiiij·sequēti qui erat non9 kal' aprilium fuit luna·xiiij·ad cuius vesperā(vt iheronimus opinatus est)dominus agnū paschalē manducauit et in crastiuo puta·viij·earumdē kal' est crucifixus· Non autem die·xi·kal' earumdē vt M pau·asseuerat· Demū videamus si illius opinioni faueat ciclus decēnouenalis ecclesie? Ei pro facto fauere videtur·Nam ānus crucifixiōis do mini fuit·xvi·cicli nostri decēnonenalis·Cum igitur nūerus·xvi·prescribatur diei·viij martij scđm nostrū cōpotum:eo die luna videtur fuisse prima· Ac die·xiiij·sequēti pu ta die·xij·kal' apriliū luna·xiiij· Ad cuius vesperā si dominus māducauerit agnū pas chalem:consequēs est eum in crastiuo qui est·xi·earumdē kal' crucifixum esse sicut M pau.opinatur.Qui si huic inix us fuerit calculo:desipit nimiū.cu3 ciclus decēnouenalis ecclesie longe post tpa xpristi per eusebiū cesariēsem inuēctus sit/ ac de hinc in nycena synodo canonizatus.Cum igitur nullo dictoꝝ calculoꝝ suam fulcire possit sententiā: Aut alium proferat : aut sententiā mutet. Preterea cum lex precipiat vt luna. xiiij. primi mensis ad vesperam immoletur pascha.mensisq3 primus sit cuius luna decima quinta proxime sequitur equinoctium vernale.vt patuit particula prima presentis ca pituli: Iterum opus est astronomico calculo vt sciatur quo die in anno passionis do minice fuit huiusmodi equinoctium.Et quoniam de eo varie sentiunt doctores . aliis dicentibus ꝙ sole intrante signum arietis est equinoctium vt est vulgatior opinio.aliis ꝙ sole existente in octauis partibus arietis vt vult plinius secundus in libro secundo naturalis historie/quemadmodū testatur beda libro de temporibus capitulo·xxx· In terrogatus antiquus ille Magistri pauli preceptor quo die anni illius quo xpristus passus est sol intrauit arietem: Respondit ꝙ.xxi.die martij completa/horis·xxij. post meridiem et minuto vno.hoc est·xi·kal' apriliū non longe ante meridiē.Qđ si ita sit:

eodem die secundũ cõmuniorem opinionẽ fuit equinoctiũ vernale. Et secundũ plinium
biduo post. Non ergo licuit manducari pascha .xij. dictarũ kalendarum. Nam vt beda di
cit libro et cap°lo iam memoratis. Non nostri tantũ temporis sed etiã legalis et moy
saica discernit institutio Non ante transcensum huius equinoctij diem festi paschalis
esse celebrandũ. Si itaqz vt M paulus asserit xp̄us .xi. kalendas aprilis crucifixus ē
fateatur necesse est eum pridie contra legem pascha mãducasse / vtpote ante equinoc
tiũ vernale / ymmo non mense primo sed mense .xij. anni precedentis / quod nũq̄ licuit /
licet vrgente causa aliquãdo licuit mãducari pascha mẽse secũdo / sicut scribitur nũeri
ix. Constat ne rursus ex hoc astronomico calculo xp̄m passum non esse vt dicit M.
pau .xi. kal' aprilis? Et tanta dicta sint q̄ differẽtes fuerũt sentẽtie de die passiõis do
minice / et cui potius ē adherendum. Deinceps inquiretur qua feria dominus mortem
passus est / et qua a mortuis resurrexit.

**Terciũ cap°lm primi tractat9 in q° inquiritur qua feria xp̄us passus ē et qua resur
rexit. Prima particula cõtinet ypothesim de sabbato ebdomadali q2 in eo strictius
q̄ in alijs festiuitatibus legalibus cessandũ erat ab opere seruili.**

SAbbatũ quod hebrei die septĩo ebdomade seruabãt in h° excessit alias festi
uitates legales / q2 in eo nichil operis seruilis qualiscũqz facere licebat. In
alijs vero facere licuit opus pertinẽs ad vescẽdũ. Cũ enĩ domin9 filijs isra
hel mãna datur9 eẽt dixit ad moysen exo .xvi. Egrediatur pp̄ls et colli
gat que sufficiũt p dies singulos. die aũt sexta parẽt qd inferãt / et sit duplũ q̄ colligere
solebãt. Que verba moyses paulo post exponẽs dicit. Hoc est qd locut9 ē domin9 Re
quies sabbati sanctificata ē domino. Cras quodcũqz operandũ ē facite. Et queqz coquẽ
da sunt supple cras puta die sabbati coquite hodie supple puta feria .vi. Et exo .xx.
scribitur. Septĩo die sabbatũ domini dei tui ē / nõ facies õne op9 ĩ eo. Vbi rabbi paul9
ait. Quia etiã illa que necessaria erãt p victu nõ erat licitũ coquere vel pare. Et exo.
.xxxi. sic legitur. Sex dieb9 facietis opus / in die septĩo ē requies sancta domĩo. õnis
qui fecerit op9 ĩ hac die morietur. Vnde de hoĩe qui collegerat ligna die sabbati / domin9
dicit ad moysen nũeri .xv. Moriatur hõ iste. obruat eũ lapidib9 oĩs turba extra castra
Q2 in alijs festiuitatib9 nõ sil'r nec tãto rigore ab õni ope cessandũ erat sic ostẽditur
Inter festiuitates legales nulla videtur solẽnior fuisse q̄ festiuitas paschalis. Sz de
prima die fastiuitatis paschal' et de .vij. que sil'r erãt venerabiles et sancte sic scribitur
exo .xij. Nichil opis facietis ĩ eis / exceptis hijs que ad vescendũ ptinẽt. Talia enĩ ut di
cit rabbi paulus in solẽnitate paschali facerẽ poterãt / ac illa que ad hoc erant necessa
ria / sicut accẽdere ignẽ / findere ligna et sil'ia. sicut etiã dicit sensisse rabbi salomonez.
Excepta tamẽ die sabbati. quia quãdo festũ paschale et dies sabbati cõcurrerunt in
eo nõ licebat ea facerẽ que ad vescẽdũ ptinebãt. Et quãtũ ad hoc sabbatũ ebdomadale
strictI9 seruabatur q̄ alie festiuitates. Ex premissis liquet feriã sextã pprie dici pa
rasceuẽ / a preparandis scil3 cibarijs quib9 vescẽdũ erat ĩ sabbato. Vnde sup illud iohan
nis .xix. Erat aũt parascheue pasche. dicit glo. marginal' que ē augustini. Parasceue
qd ē prepa° est feria sexta / qua prepabãt necessaria sabbato / qua die precepit moyses
duplũ colligere mãna pp̄ter sabbatũ. Et sup illud mar .xv. Quia erat parasceue qd
ē ãte sabbatũ dicit glo. bede. Parasceue grece prepa° latĩe. Hoc noĩe iudei ĩter grecos
morãtes sextã sabbati appellabãt / quia ĩ eo que sabbato erãt necessaria preparabãt.

Secunda particula continet ypothesim de septimo die ebdomade q a primeua institu-
tione incepit a mane.

Dies septimus ebdomade iuxta prime conditionis ordinē apud iudeos a mane
incepit et ad mane terminabatur. Secus erat de eorum festiuitatibus lega
libus quas a vespera seruabant ad vesperā. Tractans enim beda de die libro
de temporibus caplo. v. Diem īquit vulgarem dominus diffiniuit dicēs iohīs
xi°. Nōne. xij. sunt hore diei/ Moyses aūt diem ppriū ita describit. Et factū est inquiens
vespere et mane dies vnus. genes. i°. diem qui dicitur a beda vulgaris nos cōmuniter
artificialem vocamus. Et qui ab eo proprius dicitur: naturalem appellamus. De hoc
ergo die naturali beda prosequens subdit. Quem hebrei/ caldei/ et perse/ sequētes prime
conditionis ordinē: diei cursum a mane vsqz ad mane deducūt/ vmbrarū videlicet tps :
luci supponentes. At contra egiptij ab occasu ad occasum. Porro romani a medio noc
tis in noctis mediū. Vmbri vero et athemenses a meridie ad meridiē suos dies cōputa
re maluerūt. Ex dicta dierū naturaliū diuersitate: aliam in eis sequi diuersitatē neces
se est. Cum enim quisqz dies naturalis diuidatur in diem artificialem et noctem: apud
hebreos dies artificialis noctem precedit. Sed apud egiptios econtra dies noctem
sequitur. Apud romanos nox per diem interrumpitur. medietas enim noctis eorum
diem precedit. et medietas altera diez sequitur. Sed apud athemenses et astronomos
dies per noctem interrūpitur. vna enim medietas diei artificialis ipsorū noctē precedit
et altera noctem comitatur. Ex premissis oritur non irrationabile dubiū. qd beda tā
git libro et caplo preallegatis ita dicens. Merito queritur quare populus israhel qui
diei ordinē iuxta moysi traditionē a mane semper vsqz ad mane seruabat. Festa tamen
omnia sua (sicut nos facimus) vespere incipiens vesperē cōsummarit? dicente legislato
re leuitici. xxiij°. A vespero ad vespm celebrabitis sabbata vestra. Quam questionē licz
insolutam reliquerit: videtur tamen nō inepte sic solui posse. Redemptis filijs israel ex
egiptia seruitute? dominus ordinauit vt festiuitates seruarent diem non suo more īcipi
entes sed egiptiorū. quatinus in eorū festis singlr gratias agerēt ei. qui de iugo talis
seruitutis eos liberare dignatus est. Aut ideo forte. Nā festiuitates legales figure erāt
festiuitatum noui testamēti Primus etenī ordo tpm apud hebreos in quo lux tenebras
precessit: casum hominis a luce gratie in tenebras peccati designauit. Ordo vero tēporū
quē seruauerūt in suis festis postq egiptū egressi sunt : designauit nos in tpe gratie a
peccatorū tenebris ad claritatē regni celestis transferendos. qd et ī nostris festiuitatibus
(in quibus nox diem precedit) designatur Jam enī dicitur illud ad romanos xiij°. Nox
precessit. dies aūt appropinquabit. Et illud ad ephesios v°. Eratis aliquando tenebre
nunc autem lux in domino. Constat ne patēter ex hijs/ q dies hebreorū iuxta primeuū
et proprium eorum morem inceperant a mane. et ī mane finierūt? Licet postea egiptio-
rum more a vespera ad vesperā suas seruarent festiuitates/ Cum itaqz vsi fuerint
duplici genere dierum naturalium. dupliciter eos inchoātes a mane scilicet et a vespe
sicut ostensum est: cōsequens est apud eos duplicem fuisse vesperam Est enim vespera
pars diei extrema. Quare non tantum pars extrema diei naturalis quē inceperūt mo
re egiptiorū occidēte sole/ dicebatur vespera. Sed et pars extrema diei naturalis quē
suo more appente luce solis inceperūt Prima vespera dici potest tenebrescēs et alia
lucescens Illi enim successerant tenebre noctis. Huic vero lux diei De hac vespera non

irrationabiliter possunt intelligi quod scribitur mathei vltimo. vespere autem sabbati que lucessit in prima sabbati venerunt etc. Sabbati inquam ebdomadalis. quod cum iuxta predicta terminetur in mane: manifestum est extremam eius partem seu vesperam simul cum nocte teminari. eique lumen diei subsequentis proxime succedere. quid ergo mirum si de tali vespera dicatur quod est lucescens. De quo nequaquam mirabitur qui legit in catholicon Johannis Januensis vesperam non tantum esse horam inter diem et noctem. sed et horam inter noctem et diem. Quis ergo non videt quod de hac hora vere dicitur quod est lucescens?

Tercia particula continet ypothesim quod inter diem quo aliquid dicitur tercio die futurum et eundem diem tercium necesse est vnicum diem mediare.

Credentem quod xpus die tercia resurrexit: necesse est credere inter diem mortis eius et resurrectionis diem vnicum mediasse. Hec ypothesis consonat modo loquendi apud omnes communiter consueto. Sic (cum in bullis apostolicis scribitur) Datum tercio kl' Januarij. inter diem date et ipsas kl'. intelligitur vnus tantum dies et non plures mediasse. Hunc etiam morem loquendi servant medici qui febricitantem (si affligatur die dominico. Et vno solo die liber evadens iterum affligatur feria tercia: tercianarium appellant. Et medicus hoc previdens prenosticat eundem die tercio rursus affligendum. Si quia duo dies inter eius afflictiones medient: febrem eius non tercianam appellat. sed quartanam. Nec de eo recte prenosticabitur quod die tercio sed quarto rursus affligetur. Et si medicus eidem patienti die dominico consulat vt die tercio fleubothometur: intelligitur consuluisse vt feria tercia. non quarta fleubothometur. quod si duo dies currant priusquam vocet fleubothomum. differatque fleubothomiam ad feriam quartam: culpabitur tanquam neglector dati consilij. Forte quis dicet ypothesim indubitatam esse si intelligatur de die tercio currente. pati tamen manifestam instantiam. si loquamur astronomorum more de die completo. Si enim xpus die tercio completo resurrexerit: evitari non potest. quin inter eius mortem et resurrectionem duo dies integri mediaverint. secundus scilicet post eius mortem. et dies tercius. quo completo dicitur resurrexisse. Hoc non obstante dicendum est ypothesim continere veritatem indubitatam. Aliud enim est dicere simpliciter xpus die tercio resurrexit. Et aliud dicere cum addito xpus die tercio completo resurrexit. Primum evangelio consonat et symbolis fidei. Secundum. illis manifeste repugnat. Pro cuius declaratione notanda est differentia permanentium et successivorum: quam ponit aristotiles tercio phisicorum. permanentia quidem non sunt. nisi deducta fuerint ad esse completum. sicut statua non est. nisi postquam completa fuerit. vnde de permanentibus verum est quod dicitur secundo periarmenias quod fit non est. Secus est de successivis. Sunt enim quamdiu sunt in fieri. dum vero sunt completa: iam non sunt. Cum itaque ad existentiam diei requiratur vt sit in fieri. sicut ad existentiam hominis vt sit vivus: evidens est. quod sicut est oppositio in adiecto si dicatur homo mortuus: ita etiam si dicatur dies completus. Quare sicut peccat penes fallaciam a dicto secundum quid ad dictum simpliciter qui demonstrans cadaver hominis sic arguit. hoc est homo mortuus. ergo est homo. Ita etiam qui sic arguit. xpus die tercio completo resurrexit. ergo die tercio resurrexit. ymmo sicut valet consequentia Hoc cadaver est homo mortuus. ergo non est homo. virtute scilicet huius tacite negative homo mortuus non est homo: Ita valet hec consequentia xpus die tercio completo resurrexit ergo die tercio non resurrexit. Nec mirum Nam hoc idem

necessario fatebitur astronomus loquens de diebus completis. Si enim ex calculo suo cognouerit fore mediam coniunctionem luminarium die tercia Januarij completa horis xxiij post meridiem et minutis lix. Et ei queratur simpliciter qua die Januarij erit talis coniunctio? Respondebit vtique paulo ante meridiem diei quarte.

Quarta particula continet hanc veritatem. xpristus feria sexta passus est et vnico die mediante: die dominico resurrexit.

Xpristus feria sexta passus est. Et solo sabbato mediante die dominico resurrexit. Hec veritas clare deducitur ex serie textus euangelici. xpristus enim passus est die pasceues vt patet luce xxiij. et Johannis xix. Dies autem pasceues est feria sexta. ergo etc. Item xpristus resurrexit dum vespere sabbati (que lucescit in prima sabbati) venit maria magdalena et altera maria videre sepulcrum. vt habetur mathei xxviij. Sed prima sabbati est dies dominica. ergo etc. Huius sententie fuit beda libro de temporibus capitulo xlvij. Qui inquit dominus xv. luna feria vi. crucem ascenderit: Et vna sabbatorum idest die dominica resurrexerit: nulli licet dubitare catholico. Ne legi que agnum paschalem xv. die primi mensis ad vesperam immolari precepit. pariter et euangelio. quod dominum eadem vespera tentum a iudeis et feria vi. crucifixum et sepultum. prima sabbati resurrexisse phibet: videatur incredulus

Idem sensit protherius alexandrinus in epistola ad leonem papam ita dicens. xpristus xiiij. die primi mensis pascha tipicum manducauit. Sequenti vero feria vi. xv. luna cruci pro nobis affectus est. Et vespere lucescente die dominica. luna xvij. resurrexit Cirillus etiam alexandrinus in epistola ad synodum cartaginensem inter cetera sic dicit Feria sexta mortuus est adam in anima pro peccato. Et eodem die obijt xpristus in corpore. Et eximius versificator sedulius in suo paschali quod non parum laudatur in decretis distinctione xv. loquens de dominica resurrectione dicit sic Ceperat interea post tristia sabbata felix irradiare dies. culmen qui nominis alti a domino dominante trahit. primusque videre promeruit nasci mundum. atque resurgere xpristum. Quoniam ergo xpristus feria vi. mortem passus est. et die dominico resurrexit: euidens est inter diem mortis eius et resurrectionis vnicum diem puta sabbatum mediasse Quod et aliunde liquet Predixit enim dominus se die tercio resurrecturum mathei. xvi. xvij. et xx. Quod et cleophas in die resurrectionis attestatus est impletum esse. dicens luce xxiiij. Tercia dies est hodie quod hec facta sunt. quod scilicet summi sacerdotes eum tradiderunt et crucifixerunt etc. Sed vt patet In tercia particula credens xpm resurrexisse die tercia: necessario credit vnum tantummodo diem mediasse. ergo etc. Hoc idem innuit glosa super illud ad Romanos. vi. Scientes quod vetus homo noster simul crucifixus est. ita dicens. Vetustas nostra in duobus consistit in culpa et pena. xpistus autem sua simpla vetustate nostram duplam consumpsit. In sepulcro enim vno die et duabus noctibus quieuit. per vnum diem simpla eius vetustas signatur. per duas noctes: gemina nostra.

Quinta particula continet opinionem M. Pau. qui solus ausus est asserere xpm feria secunda crucifixum esse. et duobus diebus mediantibus feria quinta resurrexisse



icte veritati que tam patenter ex serie textus euangelici deducta est: nullum expio catholicorum contradixisse preter solum. M. Pau. Solus enim

ausus est asserere xpristum feria secunda crucifixum et duobus diebus intermedianti/
bus resurrexisse feria quinta·ymmo theophilus et lactātius quos q̄maxime sue putat
assertioni fauere:ei plane contradicunt Theophilus enim(ut patuit ex verbis bede ca/
pitulo x° pticula v. preallegatis)sensit xpristū x° kl· aprilium passum esse· et resurrexisse
viij· eandem kl·palam est ergo secundum eum vnicum diem·puta ix^m·dictarū kl·īter
diem dñice passionis et resurrectionis mediasse/Et lactantius libro quarto diuinaru;
institutionum capitulo xix° sic ait de xpristo quoniam predixerat se tertia die ab īferis
resurrecturum·metuentes ne a discipulis surrepto et amoto corpore vniuersi resurrex
isse eum crederent · et fieret multo maior in plebe confusio!detraxerunt eum cruci· et
conclusum in monumento firmiter militari custodia circūdederunt·Verum tercio die
ante lucem terremotu facto repente patefactum est sepulcrum/Quibus ex verbis con
stat lactantium secundum euangelium sensisse·q xpristus tercio die resurrexit a mortu
is.Sicq3 q mediauit dies vnicus inter diem mortis eius et resurrectionis· Ne vero
M·paulus euangelio contradicere videretur!rationes factas ex euangelio pro dicta
veritate/per nouas adinuentas distinctiones soluere conatus est.Cum enim sic argui
tur !xpristus die pasceues crucifixus est·ergo feria sexta!negat consequentiā·eā forte
putans peccare penes fallatiam consequentis· arguendo scilicet a positione consequē/
tis ad positionem antecedentis·Nam vt ayt parasceue proprie significat diem prepara
tionis·diriuatum a greco vocabulo qd significat preparare· transumitur autem pro
die veneris·eo q in die veneris cibaria pro sabbato preparari solent ·Vniuersaliter ta
men cuiuslibet festi vigilia ex eadem causa parasceue appellari potest· Hec dicens non
aduertit·qd scribitur·Exo·xij° de die prima et vltiā festiuitatis paschal·Nichil operis
facietis in eis/exceptis hijs que ad vescendum pertinent · Licuit igitur in primo die fes
tiuitatis cibaria preparari ·quare vigilia ipsius nō dicebatur parasceue sicut feria sex/
ta·in qua necesse erat pro sabbato cibaria preparari/sicut visum est supra eodem·par/
ticula prima ·ymmo iudei vtebantur nomine parasceues tāq̄ nomine conuertibili et
adequato ferie sexte·et sic dicta consequentia tenet per locum a nominis interpretati/
one que conuertitur cum interpretato Similiter cum arguitur· xpristus prima sab/
bati resurrexit ergo die dominico· dicit consequentiam non valere/sed etiam peccare
penes fallatiam consequentis· Ait enim sic Sabbatum requiem importat· diriuatu;
ab hebreo vocabulo quod requiescere significat ·transumitur autem ad diem saturni·
qui apud hebreos celebris existit quemlibet etiam diem festum sabbatū appellant ·qua
cumq3 acciderit feria Id numq̄ inficiabor Sed M· pau·videtur non aduertisse· q
licet ōne festum in quo quiescendum erat ab opere sabbatum diceretur!diei tamen sep/
timo ebdomade in quo nichil operis seruilis facere licuit!per anthonomasiā conuenit
nomen sabbati·quod dictum est a quiescendo· ymmo multo potius q̄ alijs festis ī qui/
bus operari licuit ea saltem que ad vescendum pertinebant/ Nec etiam aduertit meo
iudicio · q a sabbato ebdomadali ceteri dies ebdomade nomen sortiuntur · ita q
ipsum proxime sequens!dicitur prima sabbati·Deinde sequens secunda sabbati· et sic
deinceps·sicut vult· Iheronimus in solutione quarte questionis sibi per edibiam pro/
posite, Ait enim vna sabbati dies dominica intelligenda est·quia omnis ebdomada ī
sabbatum·et in primam et secundam·et tertiam·et quartam· et quintam·et sextam sab/
bati diuiditur/ Dies autem · aliud quodcumq3 festum seu sabbatum sequentes! ab illo
nomen non suscipiunt·Cum ergo scriptura sacra mentionem facit de sabbato· prepo/
nens aliquam dictarum dictionum numeralium!accipit restricte sabbatū pro sabbato

ebdomadali. Hic ergo per primam sabbati intelligit diem dominicam. tanq̄ per nomē eius adequatum et conuertibile. In conuertibilibus autem (vt nouerint logici) nunq̄ committitur fallacia consequentis. Forsan ergo. M. pau. dictam distinctionem perpēdens assertioni sue non suffragari: Aliud quesiuit subterfugium dicens xpristum resurrexisse vna sabbatorum idest vno septem dierum festorum paschalium. non specificando de primo nec de secundo. sicut Mar. dicit ca° suo xvi°. Et valde mane vna sabbatorum. Cum obicitur ei ex matheo qui specificat de prima sabbati dicens. Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati. Respondet q̄ in originali hoc est in greco vnde facta est traductio vulgata (q̄uis matheus in hebreo scripserit) non habetur in prima sabbati. sed in vna sabbatorū. Ait enim sic ī greco scriptum esse. Vespere autē sabbatorum que lucescit in vna sabbatorum. Cum ergo quamlibet diem ebdomade cōtingat esse vnam ymmo etiam primā sabbatorum. idest vij. dierum festorum paschaliū: putat consequens non esse. Si xpristus vna aut prima talium sabbatorum surrexit: ipsum die dominico surrexisse. Confiteor vtiq̄ hāc cōsequētiam (nisi plus addatur) peccare penes fallaciam consequentis. Nichilominus dato q̄ hec sint vt ait verba mathei in originali. Vespere autē sabbatorū que lucescit in vna sabbatorum venit maria &c. ex eis meo iudicio plane sequitur xpristum die dominico resurrexisse. Quod dupliciter ostendo. Primo Nam cum vna vespera/non sit nisi vnius diei vespera: per vesperam sabbatorum non videtur posse intelligi nisi vespera vnius diei. in quo duo sabbata seu festa concurrunt. quod apud hebreos non contingit in ebdomada paschali nisi concurrant dies septimus ebdomade qui apud eos festiuus erat et festiuitas paschalis. Quare si ī tali vespera sabbatorum venientibus ad monumentum maria magdalena et altera maria. eaq̄ illucescente dominus surrexit: consequens est vtiq̄ eum die dominico resurrexisse. Cum indubie dies dominicus proxime sequatur sabbatum ebdomadale. Preterea cum sabbatum ebdomadale in hoc drāt ab alijs festiuitatibus legalibus vt dictum est supra eodem. particula secunda. q̄ eius vespera lucescit superueniente luce diei dominice. Vespere vero festiuitatum aliarum aduenientibus tenebris noctis sequentis tenebrescunt: Quis non videt. quin ex verbis Mathei dicentis (vt. M. paulus allegat) q̄ vespere sabbatorum idest diei in quo duo cocurrunt sabbata illucescente. venerunt mulieres. quando xpristus resurrexit: clare sequatur ipsum resurrexisse die dominico. cuius luce superueniente lucescit vespera sabbati ebdomadalis? Patet igitur per dicta. M. pau. subterfugia: cum in nullo releuari. quin euangelio contradicat.

Sexta particula continet multiplicem sensum verbi xpristi de iona. ac declarationem q̄ idem verbum assertioni magistri pauli non suffragetur.



Consequenter scrutandum est/quid roboris habeant motiua. quibus. M. pau. ad dictam nouitatem inductus est. videtur quidem et autoritatibus inniti. et rationibus. Maxime quidem verbis xpristi dicentis mathei. xij. Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Putat quidem hec verba quo ad sensū (quē pre se ferunt) verificari non posse. nisi xpristus omni exclusa synodoche

fuerit in sepulchro tribus diebus et tribus noctibus integris·quot diebus et noctibus integris Jonas fuit in ventre ceti· Sed in primis dicat queso in qua legit hystoria Jonam integris tribus diebus et tribus noctibus in ventre ceti latitasse? Et nullã vt opinor proferre poterit Dicat rursum Si ne legerit apud Crisostomũ ꝙ hoc aduerbium sicut·non semper est nota equalitatis que consistit in ĩdiuisibili·sed aliquãdo nota similitudinis· que non exigit oĩmodam precisionem·Hoc enim secundo modo sicut accipitur quãdo dominus dixit discipulis Johãnis xv° Sicut dilexit me pater·ita et ego diligo vos·quibus vtiqȝ verbis designare noluit equalem oĩno dilectionem patris ad se et sui ad discipulos Dicat igitur dato ꝙ Jonas fuit in corde terre tribus integris diebus et noctibus ! Cur dici non licebit xpm̃ fuisse in corde terre non tanto tempore sed tribus tantum diebus et noctibus per synodochen? Declaret insuper iuxta suã supputationem qui fuerunt tres integri quibus xpũs quieuit in corde terre·si hora·ix diei secundum euangelium expirauit·et in diluculo resurrexit vt vult Augustinꝰ·Licet enim secundum assertionem suam tribus noctibus integris in sepulcro quieuerit·puta nocte ferie secunde·tercie·et quarte·si saltem diluculũ non sit pars noctis sed ps prima diei sequentis ! Non tamen video qui fuerunt tres dies ĩtegri contra noctem distincti ·Licet enim dies ferie tercie et quarte fuissent integri ! constat tamen diem ferie sexte cuius hora ix xpũs expirauit ĩtegrum non fuisse/ Dicet forte multo minus saluare poteris verbum xpi quo dixit filius hominis erit in corde terre tribus noctibus·Aduertat queso qualiter id saluetur a doctoribus ecclesie/Et in primis reminiscatur ex logica ꝙ hec propõ duo et tria sunt quiqȝ est multiplex vtpote cõposita et vera si sit cathegorica de copulato subiecto·Sed diuisa et falsa si sit ypothetica·et equiualeat hijs duabus cathegoricis duo supple sunt quinqȝ et tria sunt quiqȝ/Consimiliter verbũ xpi preallegatum est multiplex /Et augustinus accipit ipsum in suo cõposito vt equiualet huic cathegorice Filius hoĩs erit in corde terre tribus diebus et tribus noctibus/idest triduo/Partes eñi ex quibus ĩtegratur triduũ ! sunt tres dies artificiales et tres noctes/ Ꝙ augustinus intellexit verbũ dñi in sensu cõposito patet Nam ptractãs ipsũ quarto de trinitate capitulo·v° dicit sic·Jpsum triduũ non totum et plene fuisse scriptura testis est·Sed primus dies a pte extrema totus ãnumeratus est·Dies vero tercius a parte prima·et ipse totus·Medius autem inter eos idest secũdus absolute totꝰ xxiiij· horis suis ·xij·diurnis et xij·nocturnis/Quam sententiam repetens Augustinꝰ libro tercio de consensu euangelistarũ capitulo·xxiiij° Jpsum inquit triduũ quo dominus mortuus est et resurrexit · nisi isto loquendi modo/quo a parte totum dici solet! recte ĩtelligi non potest Jpse quippe ait Sicut ionas fuit in ventre ceti ꝛc̃ Et infra Restat ut hoc scripturarum vsitatissimo modo loquendi diem parasceues quo crucifixus et sepultus est dominus ex ipsa parte extrema totum diem accipiamus · Medium vero idest sabbati diem non a parte sed integre totum · Tercium rursus a parte sua prima/idest a nocte totum cum suo diluculo· ac sic erit triduum Ad verificandum ergo verbum xpristi de tribus diebus et tribus noctibus ! Augustinus nil aliud declarat q̃ ꝙ triduo mortuus fuit et sepultus Jdem scilicet verbum xpristi intelligendo in sensu cõposito quasi dixisset sicut ionas fuit in ventre ceti ꝛc̃·ita filius hominis erit in corde terre idest in sepulcro tribus diebus et tribus noctibus idest triduo · quoniã more egiptiorum quem tunc iudei seruabant · dies primus cuius hora tercia post meridiem dominus crucifixus est ! incepit a vespera ferie quĩte precedentis · et durauit

vsq3 vesperam ferie sexte . A qua vespera incepit dies secundus durans vsq3 ad suam vesperam. Et ab eadem vespera incepit dies tercius in cuius diluculo xpristus resurrexit . Ecce triduum mortis xpristi secundum augustinum More autem romanorum dies primus incepit in medio noctis que precessit domini crucifixionem . secundus in medio noctis mortem eius sequentis. Tercius vero in medio noctis precedentis resurrectionem eius. Item iuxta morem hebreorum proprium et primeuum dies incepit in mane diei quo xpristus crucifixus est . Secundus in mane sabbati sequentis . Et tercius in mane diei dominice in cuius diluculo dominus resurrexit . Mane enim vt ysidorus dicit quinto ethimologiarum precedit diluculū seu auroram. Quocūq3 ergo dictorum modorum dies dicatur incipere ! euidens est xpristum mortuum fuisse tribus diebus naturalibus id est triduo Verum tamen ꝙ si quis cum astronomis diem incipiat a meridie ! xpristus mortuus fuit solo biduo . eciam dies illos duos per synodochen cōputando Hic enim hora tercia prime diei currente mortem passus est Et diluculo seu hora decimaseptima diei secunde resurrexit Forte quis ex dictis verbis xpristi sic arguet Filius hominis fuit tribus diebus et tribus noctibus in corde terre ergo fuit tribus diebus in corde terre Et fuit tribus noctibus in corde terre Sic arguenti dicendum est . ꝙ si dominus in verbis suis intenderit sensum cōpositum . sicut sentire videtur Augustinus ! consequentia non valet . Sicut nec valet si sic arguatur duo et tria sunt quinq3 . ergo duo sunt tria ~~et duo~~ sunt quinq3 . ymmo vtrobiq3 cōmittitur fallacia diuisionis Si Magistro Paulo nil aliud persuaderi possit . q᷑ ꝙ dominus in verbis suis intenderit sensum diuisum ! ei non abnuam fuit enim dominus ī sepulchro per synodochen tribus diebus artificialibus puta primo die quo ad extremam eius partem . et toto secundo die . et tercio die quo ad primam eius partem . diem scilicet incipiendo q̄n primum q̄tulumcumq3 luminis solaris ceperit apparere .

Si forte dixerit qualiter ergo noctem terciam in dicto triduo designabis ? Hic ei reminiscendum est ꝙ a logicis dicitur in sylogis. ex oppositis duos tantum esse terminos secundum substantiam sed tres virtute vno supplente vicem tam maioris extremitatis q̄ minoris. Hec aduertens facile videbit quomodo beda sustinet tres fuisse noctes in triduo mortis xpristi / Ait enim in omelia vigilie paschalis Ab exordio mundane creationis vsq3 huc ita temporum cursus distinguebatur . vt dies noctem precederet iuxta ordinem prime conditionis . Hac autem nocte per misterium resurrectionis ordo temporum mutatus est ; Nam quia nocte a mortuis resurrexit . die vero sequēti eiusdem resurrectionis effectum discipulis ostendit ! rectissime nox illa sequentis diei coniuncta est luci ac sic temporum ordo statutus est vt dies noctem sequatur / Secundum ergo sentenciam bede Licet in triduo quo xpristus mortuus est fuerit due tantum noctes re distincte ! Fuerunt tamen tres virtute . Nox enim resurrectionis dominice more veteri erat nox sabbati ipsum terminans . Et ipsa eadem more nouo ! nox erat diei dominice ipsum inicians Erant igitur tres noctes . prima terminans diem parasceues quo xpristus crucifixus est secunda nox sabbatum terminans / Et nox tercia diē dominicum inicians . verum tamen est ꝙ secunda nox et tercia erant nox re vna / sed vt patuit duplex virtute Nec ꝙ beda dicit dominum nocte resurrexisse illi repugnat ꝙ vt dictum est die artificiali tercio resurrexit . Nam huiusmodi dies aliquando dicitur tempus quo sol secundum suam substantiam supra emisperium apparet . Et aliquādo tempus quo supra ipsum apparet q̄tulumcumq3 luminis solaris . consimiliter nox

dupliciter dicitur Quare sustineri potest resurrectionem domini et nocte factam esse et die·noctem et diem dnter accipiendo Ex si·M·pau·contentari nolit·nisi sibi designentur noctes tres·non virtute tantum·sed et re distincte·Eas illi ostendam·si saltem admittat qd dyonisius scribit in epistola ad policarpum·eundem sic alloquens·Ita illum (appolliphanem) aggredere·quid de illo(qui tempore crucis dominice factus est)solis defectu dicturus es? Eramus tunc ambo apud heliopolim·amboqz simul incidentem mirabiliter soli lune globum notabamus·Non enim eiusce coniunctionis tunc aderat tempus·Ipsamqz rursus ab hora nona vsqz ad vesperam supra solis dyametrū mirabliter obsistentem intuebamur·Admone illum et aliud quippiam. Nempe enim (vt ipse nō ignorat)eam lune incidentiam ab oriente cepisse·et demum resilisse notauimus·Neqz vero eadem ex parte vt assolet·et incidentia illa et renouatio facta est·sz ex aduerso dyametri Hec sunt que tunc temporis cōtigere miranda profecto et soli xpristo possibilia qui autor est omnium Quibus in verbis/describitur miraculosus lune transitus·quo die passionis dominice ipsa locum suum deserens·veniensqz per orientem primo lateri solis orientali se supposuit·dehinc sub sole transiens/eumqz totum obtenebrans rursus ad orientem regressa est·et ita restituta loco sibi naturaliter debito/dum sol occideret! ipā cronice sil' orebatur Liquet ergo lunam eo tēpore quo xpristus in cruce pependit visam esse supra nostrum orizontem· Quare cum luna que nocti preest/vt scribitur genesis primo supra nostrum existens orizontem noctē causare soleat tunc maxime quando luna est decimaquinta! quis non fatebitur totum tempus illud quo xpristo in cruce pendente dyonisius et appolliphanes viderunt lunā supra nostrum orizontem!proprie posse noctem appellari?passus est enim dominus luna decimaquinta Nec quis miretur si tempus quod vere dies erat etiam noctem dixerim· Hoc enim non magis mirandum est·q̄z q luna que nocti preest cum est decimaquinta! soli qui diei preest coniungebatur Si igitur dies quo dominus mortuus et sepultus est·ex dicta causa nox dici potuit·cum indubie alijs duabus noctibus in sepulcro quieuerit! quis non fatebitur eum fuisse in corde terre tribus noctibus re distinctis?

Septima particula continet declarationem q assertioni m·pau·non suffragantur nec verba iudeorum nec illorum constitutiones quas adducit

Adducit preterea m·pau· in confirmationem assertionis sue verba iudeoꝝ puta pontificū ac pharizeoꝝ pilato mathei vicesimoseptimo dicentiū· quia seductor ille dixit adhuc viuens post tres dies resurgam Si se post tres dies resurrecturum predixerat Nec aliter predixit q̄z futurum fuit! consequens apparet q triduo completo resurrexit Inter ergo diem mortis ei9

et resurrectionis ad minus duo dies mediarunt Mirari non sufficio · si sperēt
illis fidem dandam esse · qui totiens mendaces reperti sunt Nonne luce vicesimotercio
accusantes dominum coram pilato dixerunt . Hunc inuenimus subuertentem gentem
nostram Et prohibentem tributa dari cesari in hijs vtiqȝ plane mentientes Arguisset
ergo multo validius ex verbo quo marci viij° xpristus ipse dixit · Quoniam oporte
ret filium hominis pati multa · et reprobari a summis sacerdotibus et senioribus et
scribis · et occidi · et post tres dies resurgere Verum cum mathe9 et lucas eandem
describentes sententiam · et eodem tempore prolatam · dicant · et occidi et tercia die
resurgere ! Certum est marcum dicentem post tres dies resurgere · nil aliud intellex
isse · ꝙ̄ alios a quibus dictum est · et tercia die resurgere Hec autem videntur cō/
cordari posse . si dicatur marcum locutū fuisse de primo die et tercio per synodochen
quasi dominus dixerit · ꝙ resurrecturus esset post partem vltimam prime diei et to/
tam diem secundam · et initium diei tercie Nec quis hanc expositionem extortam exis
timet Audiat quid Augustinus in simili dicat tercio libro de doctrina xpristiana De/
clarans enim quintam regulam ticonij quam appellat de temporibus Inter cetera di/
cit Tropus synodoche facit intelligi qualiter lucas capitulo nono post dies octo fac/
tum dicit · quod mathei decimoseptimo et marci nono factum dicitur post dies sex ·
quando scilicet dominus in monte transfiguratus est · vtrumqȝ enim verum esse non
posset quod de numero dierum dictum est nisi lucas qui dicit post dies octo ! intelli/
gatur partem nouissimam diei quo xpristus id predixit futurum · et partem primam
diei quo id ostendit impletum ! pro totis duobus diebus atqȝ integris posuisse Qui
vero dicunt post dies sex ! integros omnes et totos sed solos medios computasse Si
cut ergo quod a luca dicitur post dies octo Augustinus exponit per synodochē ! cur
non similiter exponi poterit quod in marco xpristus se dicit post dies tres resurrec/
turum ? Adducit insuper M · pau · veram constitutionem factam multo temporis in/
teruallo ante natiuitatem xpristi in secunda edificatione templi · quando patribus
apparuit in porta templi super cathedram igneam diuina maiestas · In constitutione
dicit contineri · ꝙ pascha numꝙ̄ accidit die lune · die mercurij · aut die veneris Quod
idem se reperisse dicit in libro quem edidit gamaliel secus cuius pedes paulus apposto
lus se confitetur eruditum iuxta veritatem paterne legis vt scribitur actuum vicesi/
mosecundo Ex qua constitutione iudei nostros calumpniantur doctores · qui xpris
tum asserunt die festo pasche et die veneris crucifixum · Si enim non licuit die vene
ris seruare festiuitatem paschalem ! consequens est dictam doctorum nostrorum asser/
tionem veram non esse Hanc iudeorum calumpniam (licet sint plures alie) putat
Magister paulus suo proposito sufficere · quasi per eam dicta veritas quam sumope
re conatur subuertere ! penitus eneruetur · puta ꝙ xpristus crucifixus non est feria
sexta · saltem si eodem die fuit pascha iudeorum Verū cum constet dictam doctorꝝ
assertionem euangelio consonam esse vt statim patebit ! opinor vtiqȝ constitutionem
iudeorum predictam · post passionem domini a iudeis confictam esse · Cum enim xpris

tus agnum paschalem manducauerit cum discipulis quando necesse erat occidi pas/
cha vt lucas dicit puta luna decimaquarta vt patet exodi duodecimo Cumqꝫ ī cra/
stino post esum agni paschalis secundum legem seruanda fuerit paschalis festiuitas ·
scribitur enim leui· vicesimotercio Mense primo decimaquarta die mensis ad vespe/
ram phase domini est Et in decimoquinto die mensis huius solemnitas azimorū
est · hoc est dies primus inter septem dies festos paschales ! euidens est xpristum cru
cifixum esse in die festo pasche Q autem passus est feria sexta ! prius ex serie textus
euangelici plane deductum est Legens autem dictam constitutionem primo miratus
sum · ꝙ in ea tres ferie puta secunda · quarta · et sexta . non more iudeorum nomi/
nentur secunda sabbati · quarta · et sexta · sed ethnicorum more · aut a planetis ·
aut eorum ydolis dies lune · mercurij · et veneris · Hoc vtiqꝫ nutu diuino contigis
se reor ne putetur eandem constitutionem vel a gamaliele pauli preceptore · vel a iu/
deis senioribus · aut conscriptam aut ordinatam esse Dehinc profundius inquirēs
causam cur huiuscemodi constitutio a iudeis conficta est . nil aliud arbitrari pos/
sum · q̄ꝑ vt detrahat xpristo ꝙ contra constitutionem approbatam a deo pascha man
ducauerit · Et vt eius occisores ac patres forsan illorum qui dictam constitutionem
confinxerant ! excusentur · qui pascha luna decimaquinta contra legem manducaue/
runt · xpristo autem qui pascha comedit quando necesse fuit comedi vt lucas dicit
vere detrahi non potest Eius autem occisores inexcusabiles sunt De eis enim dicit
Crisostomus omelia octuagesimaoctaua super matheum ꝙ pernoctantes vigilarunt
adeo vt pascha ea nocte manducare neglexerint Mane autem facto non intrauerūt
pretorium vt Johannes inquit vt non contaminarentur sed manducarēt pascha Vn
de liquide patet cupiditate interficiendi xpristum preuaricatos fuisse · ac alia die pas/
cha manducasse · Non enim xpristus sed illi omnium audacissimi et mille transgredi/
entes precepta (quoniam ita inflammati erant) tempus pasche transposuerūt Ex
hijs verbis Crisostomi liquet xpristum secundum legem manducasse pascha luna deci/
maquarta Summos vero pontifices et alios non intrantes pretorium ne contami/
narentur . pascha manducasse contra legem luna decimaquinta Nec in hoc tantum
errarunt · sed etiam quia festiuitatem paschalem seruabant in sabbato luna decima/
sexta quam pridie seruassent feria sexta luna decimaquinta Vnde concedendum vi/
detur · ꝙ xpristus crucifixus non est in die festo pasche iudeorum · sed eo die quo se
cundum legem idem festum seruandum fuisset Errarunt insuper in hoc ꝙ ab altero
sabbati conputantes septem ebdomadas plenas vt preceptum est Leuitici vicesimo/
tercio et illis expletis seruauerunt festum penthecostes die dominico · quod in sabba/
to secundum legem seruare debuissent Errantes enim in primo necesse fuit consequē/
ter eos in reliquis errare Excusabant se forte apud plebem summi sacerdotes
et ceteri de hac festorum translatione · dicentes ꝙ ex zelo legis contra legem hec fes
ta transposuerunt · quoniam illum vsqꝫ mortem persecuti sunt · quem legis
subuersorem maximum reputarunt.

Ex hijs patet qualiter repelli possit dicta calumpnia dicendo scilicet constitutionem predictam confictam esse Viderit autem sibi M. paul. qualiter eandem euadet calumpniam. Suus etenim calculus quem certissimum putat. ostendit ei lunam fuisse decimamquartam xij. kl' apriliū.ac eo die xpristū cū discipulis pascha manducasse. Fuit ergo secundum legem die sequenti puta vndecimo earumdem kalendarum festū pasche sicut ostensum est ex leuitico Si ergo vt dicitur in dicta iudeorum constitutione festum pasche nunq̄ accidat die lune:consequens est vndecimum kalendarum aprilium non fuisse diem lune.quare xpristus vndecimo kalendarum aprilium die lune crucifixus non est.quod tamē magister paulus opinatur Non volet dicere(sicut nos)dictam constitutionem confictam esse quoniam eam(vt ayt)repperit in libro gamalielis pauli apostoli preceptoris Potius aūt arbitror a iudeis eidem gamalieli librum illuz asscriptum esse.astute quidem.ne scilicet quisq̄ xpristianorum ob reuerentiā tanti viri dictam constitutionez audeat negare tanq̄ confictam Nec quem mouere debet:q̄ Rabbi paulus in additionibus super matheum dicit quamdam esse regulam ī kalendarijs iudeorum vbiqz et apud omnes diuulgatam.et vsqz in hodiernum diem infallibiliter obseruatam.q̄ prima dies solemnitatis pascalis numq̄ est feria secunda. quarta.aut sexta. quoniam non ait eandem regulam obseruatam fuisse temporibus xpristi Veruz tamen est Rabbi paulum illius fuisse sētentie. sumpsisseqz sibi dictam regulam in amminiculum vt assereret q̄ xpristus cū suis discipulis pascha manducauit luna decima quarta legitima et vera Et ceteri iudei die sequenti luna decimmaquarta legitima tantum et non vera. solemnitas enim paschalis quam iuxta dictam regulam seruari non licuit feria sexta: transferenda fuit ad sabbatum.et ita proporcionabiliter credidit tam esū agni paschalis. q̄ lunam xiiij. transferendam de feria quinta ad feriā sextam.ac ad illius vesperam ceteros iudeos luna decimaquarta licite pascha manducasse Quam opinionem licet aliquando veram putauerim quedam tamen verba scripture sacre perpensius attendens mutaui sētentiam Postq̄ enim pensare ceperam verba luce dicentis Venit dies azimorum In qua necesse erat occidi pascha capitulo suo xxij.vbi loquitur indubie de die ad cuius vesperam xpristus pascha comedit.Ac verba marci qui de eadem dieloquens capitulo decimoquarto Primo inquit die azimorum quando pascha manducabant supple iudei Non alij profecto q̄ qui pascha secundum legem manducauerunt: Hec animaduertens sentire cepi cum Crisostomo eos qui pascha manducabant in die crucifixionis domini: fuisse priuaricatores legis ac manducasse pacha .quando secundum legem non necesse fuit occidi pacha Nec hec michi tantum causa fuit vt opinionem Rabbi pauli desererem sed alie plures. Vna.quoniam ille in deductione sua conatur inquirere lunam decimamquartam primi mensis pro anno passionis dominice per calculum astronomicum. et tamen tunc temporis a iudeis luna tam prima q̄ decimaquarta paschalis seruabatur quam eis ostendit ciclus lunaris hebreorum .sicut ample prius ostensum est Altera causa quoniam calculus astronomicus Rabbi pauli non concordat calculo preceptoris magistri pauli. qui dicit pro anno passionis xpristi coniunctionem luminarium secundum medium motum ad meridianum sancte ciuitatis iherusalem fuisse octauo die martij hora decima post meridiem et minuto lviij. hoc est hora quinta diei sequentis.dīe hebreorum more ab occasu solis incipiendo Secundum vero calculum Rabbi pauli eadem coniunctio fuit feria quīta horis.xix.cum certis minutis.hoc est hora secūda currēte post meridiē

Ac demum tercia causa me retrahens ab opinione Rabbi pauli fuit quod secundum eum neomenia seu luna prima primi mensis non seruabatur eo die in quo coniunctio luminarium transcendit .xviij. horas . hoc est meridiem . in hoc enim casu dicit lunam primam transferendam esse ad diem sequentem Cum tamen beda dicit libro de temporibus capitulo quadragesimotercio quod si lunam paulo ante vesperam accendi contigerit : mox sole occidente primam computari et esse necesse est . sicut supra patuit capitulo secundo particula prima /

Octaua particula continet solutionem trium rationum quas M . Pau . adducit in assertionis sue corroborationem /

Nititur preterea Magister Paulus assertionem suam aliquibus fulcire rationibus . quarum prima est . christus (cum lazarus langueret) a sororibus illius vocatus . aduentum suum ad duos dies distulit . vt scribitur Johannis vndecimo quatinus eum quatriduanum excitaret . et iam fetentem . ne scilicet iudei potuissent dicere lazarum non mortuum fuisse . sed sincopin passum . ergo cum pro mortis contestatione secundum medicos necessarie sint hore septuagintadue que tres dies integros efficiunt : videtur christum tribus diebus integris mortuum fuisse Alioquin forte dixissent iudei christum nondum mortuum esse sed tantum constitutum in extasi . et ita misterium de resurrectione vacillaret Quoniam hec ratio tenere videtur a simili/data sufficienti dissimilitudine : facile repelletur/Lazarus quippe ex lento languore paucis conscijs mortuus est Expectandum ergo fuit donec multi venirent ex iherusalem ad consolandum martham et mariam super morte fratris . quos de illius morte constat cerciotatos fuisse per quatriduum sue sepulture . congruebat itaque in attestationem mortis lazari eum quatriduanum illis presentibus excitari
Christus vero post concussiones innumeras post flagella spineam coronam . extensionem eius et acclauationem in cruce . effuso pene toto eius sanguine . pluribus astantibus et videntibus : tandem spiritum tradidit . Jta vt opus non fuerit mortem eius per longam moram temporis attestari . Nec puto quemquam illorum qui presentes aderant suspicatum fuisse . quod tantum sincopin passus fuerit / Fuerunt insuper de eius morte testes quamplures / Nam centurio qui vidit quod clamans expirasset : accersitus a pilato . eundem de morte domini certiorem reddidit Marci decimoquinto . Milites quoque qui (confractis cruribus vtriusque crucifixorum cum christo) vt eum mortuum viderunt : non fregerunt eius crura . sicut habetur Johannis decimonono . Pro morte vero lazari non reperimus concurrisse tot indicia Non fuit igitur hincinde par ratio vt resuscitatio differretur Innuit preterea Magister Paulus talem rationem Jnstituit ecclesia baptismum fieri tribus immersionibus et tribus eleuationibus in signum quod christus in sepulchro quieuit tribus diebus et tribus noctibus .

ergo tot diebus et noctibus in sepulcro quieuit ad sensum quē huiusmodi verba pre
le ferre videntur Antecedente concesso · consequens non est xpristum in sepulcro
quieuisse tribus diebus et tribus noctibus integris exclusa synodoche · Nec mirum ·
Nam de necessitate baptismi non est baptizandum ter immergi et ter eleuari tribus im
mersionibus et eleuationibus integris exclusa synodoche Adducit insuper Magr̄
Paulus pro assertione sua rationem aliam precedentibus longe pregnantiorem que
sic videtur posse formari · Qualiscunqꝫ fuerit annus crucifixionis domini (si tamen
fuerit vnus illorum in quorum aliquo verisimiliter crucifixus est) Nec vetustiores
ecclesie doctores ponentes xpristum passum vndecimo kalendaꝝ aprilium vt theophi/
lus · Nec posteriores ponentes xpristum passum octauo earūdem kalendarum vt ihe
ronimus et Augustinus inuenire poterunt aut vndecimum aut octauum diem dictaꝝ
kalendarum fuisse feriam sextam · ergo xpristus feria sexta passus non est · consequē
tia tenet · quia probabile videtur xpristum passum esse iuxta alteram dictarum opinio
num Verum in antecedente supponit ꝙ theophilus et alij vetustiores ecclesie docto/
res opinati sunt xpristum crucifixum fuisse vndecimo kalendaꝝ aprilium cum tamen ī
superioribus luculēter ostensum sit eos sensisse ꝙ decimo earūdem kalendarum passus
sit / Attamen dato ꝙ illa fuerit eorum opinio · dicet forte ꝙ eque efficax est argumen/
tum · quia nec decimo kalendaꝝ aprilium reperient fuisse feriam sextam / Si Magr̄
Paulus aduertisset quales defensores habuit vtraqꝫ dictarum opinionum : non assūp
sisset tam temere qd̄ assumpsit · vt enim in capitulo primo presentis tractatus ostēsum
est : Gerlandus cupiens defendere sententiam Theophili dixit xpristum passum anno
etatis sue tricesimoquinto currente · qui fuit annus quintus cicli decemnouenalis ter
cij in magno ciclo dyonisij habens ·g· pro littera dominicali / Fuit igitur octauo kalen
das aprilis (vbi signatur ·g) dies dominica · et ita tercio die precedenti puta decimo
earūdem kalendarum feria sexta · eodem autem die et feria theophilus opinatus est
xpristum crucifixum esse Marianus vero qui sententiam Iheronimi et Augustini
defendere conatus est · dixit xpūm passum anno etatis sue tricesimotercio currente · qui
fuit decimustercius cicli decemnouenalis primi in magno ciclo dyonisij · et bissextilis
habens ·cb· pro litteris dominicalibus · fuit ergo sexto kl' aprilis (vbi signatur ·b ·)
dies dominica · et die tercio precedenti feria sexta Quo die et feria secundū iheronimū
et augustinū xpristus crucifixus est / Audire vellem quid ad hec dicet ·M· paulus qui
de summis fidei nostre doctoribus asserere presumpsit · ꝙ quocūqꝫ anno xpūm cruci/
fixum dixerint : non īuenient diem quo eum crucifixum asserunt : fuisse feriam sextam
Michi tamen non placet dicta mariani defensio / Tum quia secundum eam xpristus
passus fuit anno etatis sue tricesimotercio currente · qd̄ prime nostre veritati inuente
contrariatur Tum quia sic xpristus passus fuisset āno ·xiij· cicli decemnouenalis eccl'ie
qui tamē ab eusebio cesariensi longe post inuentus est · et ī nycena synodo canonizatus
Tum quia annus presens quē ecclesia scribit ab incarnatioē domini M·cccc·lxxxviij^m
secundum computum mariani vigintiduobus annis additis esset Millesimus quingen/
tesimus decimus / Michi autem ī mentem cadere nō potest ꝙ ecclesia erret in annis do
mini numerandis · Tum quia marianus cum tueri conetur dictam Iheronimi et augus
tini sententiam : eisdem tamē in alijs apte contradicit · Nam scd̄m iheronimū ī prologo
quē cronicis Eusebij cesariēn premittit Ab āno xv° tyberij cesaris vsqꝫ ad xiiij^m ānū
valētis q° īterijt : numerātur tricēti·li9·et scd̄m augusti^m viij° de ciuitate dei ca° vltio

Ab anno quo spūs sanctus missus ē ydibus mayi vsq; consulatum honorij repiuntur impleti anni tricenti lxv. Anni autem predicti multo plures essent si mariano crederetur Aliter ergo declarandū est qualiter defendi possit xpūm viij. kl' aprilis. ac feria sexta. crucifixum esse/ Ad cuius declarationem opus erit reminisci qualiter ad inueniendum lunam xiiij. ad cuius vespam xpūs pascha mãducauit: nec recurrendū est ad calculum astronomicum. nec ad cursum cicli decēnouenalis ecclesie. sed ad cursum cicli lunaris hebreorum. sicut in precedētibus abūde declaratum extitit/ Opus eciã erit cognoscere/ q temporibus xpi non cucurrit apud romanos ciclus solaris quo nunc tēporis vtitur ecclesia. sed alius quem intendebat Julius cesar. qui non longe ante xpi natiuitatem annū solarem romanis instituit/ Que quoniam non paucis verbis declarari poterūt. ne forte legētibus ex prolixitate fastidiosus efficiar: Hic presenti tractatui finem statuam In altero prout vires suppetent ostensurus que conferent non tantum ad soluendum argumentum. M. pauli pretactum. sed ad fulciendas corroborãdasq; dictas veritates /

Prologus in tractatum secundum operis presentis: In quo inquiretur via qua declarari fulciri et defendi poterunt veritates que de tẽpore dominice passionis ĩ primo tractatu sunt investigate.



luribus forsan nouum et inauditum videbitur, quod circa calcẽ precedentis tractatus dictum est. temporibus xpristi non fuisse eundem cursum cicli solaris. quo nunc temporis vtitur sancta mater ecclesia. Opinantur quidem omnes fere tam cõpotiste q̃ astronomi. Postq̃ Julius cesar romanis instituit annum solarem tricentorum lxv. dierum et vnius quadrantis. Jussitqꝫ vt anno quolibet quarto dies vnꝰ ex quadrantibus quatuor annoꝝ excrescens intercaletur: Hanc illius ordinationem vsqꝫ in hec tempora inuiolatã perstitisse. Longe tamen aliter censebunt qui ad legendum veterum et fidedignorum auctorum libros (vt saturnalia macrobij, libros suetonij de vita xij. cesarum. aliorumqꝫ) suas operas contulerunt. Ex his profecto perspicuum est. cursum cicli solaris interim frequenter mutatum esse. Nec mirum quoniam inter ciclum solarem et lunarem hoc interest. quod ciclum lunarem (cum motum lune sequatur) non contingit sic ad hominum voluntatem mutari. sicut autores predicti ciclum solarem testantur. iteratis vicibus immutatum. Cum quidem Julius cesar annum solarem instituens iussit anno quolibet quarto vnum diez intercalari: sacerdotes templi (quibus commissa fuit intercalandi potestas) anno quolibet quarto incipiente intercalarunt diem quem ad intentionem Julij cesaris intercalassent anno quarto transacto. seruantes scilicet bissextum post quosqꝫ duos annos cõmunes. quem post tres annos cõmunes seruare debuissent. Permansit hic error ãnis. xxxvi. donec in tot annis Augustus cesar deprehenderet seruatos fuisse bissextos xij. cum seruandi fuissent. ix. tantum. Quamobrem ordinauit vt loco trium bissextoꝝ quos plus debito sacerdotes seruauerunt: annis xij. cessaretur a bissexto. vtqꝫ de post anno quolibet quarto transacto (sicut Julius ĩtenderat) vnꝰ dies ĩtercalaretur. Aut qd̓ idem est, vt nõ nisi transactis tribꝫ annis cõmunibꝰ: sequeretur bissextus. Hec ab autoribꝫ prenarratis apte cõscripta sũt. Quis ex his nõ videt apd̓ romanos (postq̃ eis ĩstitutꝰ est annus solaris a Julio) variũ fuisse cursũ cicli solaris ad hoĩm voluntatem. Sicut enĩ cũ quartus annꝰ est bissextilis: ciclus solaris ĩ annis quater septem id ẽ xxviij. circũuoluitur: Ita cũ quisqꝫ tercius fuit bissextꝰ. circũuoluebatur in annis ter septem id est xxi. Et cum nullus fuit bissextus. circũuoluebatur ĩ annis septẽ. Que manifesta sunt cuilibꝫ attendẽti. His ita se habentibus: nõ apparet via cõmodior ad certe noscendum quis ciclus solaris apd̓ romanos cucurrit temporibus xpristi: q̃ si scrutemur quo anno imperij sui Julius cesar annũ solarẽ instituit. Et quoto de hĩc ãno xpristus natꝰ ẽ. ⁊ quoto crucifixꝰ? Scimus quidẽ ex beda libro suo de temporibꝰ. q Juliꝰ cesar ĩ curia cõfossus interijt post ãnos quatuor et mẽses sex. q̃ regnare cepat. Cui successit octauianꝰ Augustus. quo regnãte scd̓m euangeliũ luce: xpristus natꝰ est. Successit autẽ augusto tyberius. cuius ãno xv (sicut idẽ lucas testatur) baptizatus est a Johanne. ac dehinc ãno quarto crucifixꝰ. sicut arbitror ĩ tractatu primo luculenter demõstrasse. Hec nõ tãtum cõferent ad sciendum quo ciclo solari tunc temporis vsi sũt romani. sed (vt existimo) ad inueniendum viam qua declarari fulciri tueriqꝫ poterũt non sole veritates quas ĩ priori tractatu ꝑ mea virili scrutatus sum. sꝫ ⁊ alie ꝑplures

Presens itaq; tractatus diuidetur in tria capitula In quorum primo (tribus premissis ypotesibus) inquiretur via predicta. In secundo ad eiusde vie corroboratione ostendetur qualiter p eam plures veritates (que vel hactenus dubie fuerunt. vel penitus ignote) in lucem deduci poterunt/ Et in tercio qualiter innotescat ex eadem via quid singulos abduxit in errorem. qui non recte senserunt de tpe dnice passionis Primum capitulum habet octo particulas /

Prima cotinet ypothesim/quoto ano imperij Julius cesar anu solare romais istituit

Secunda cotinet ypothesim/quoto ano cicli solaris/quem Julius intenderat xpristus natus est.

Tercia continet ypothesim quoto anno imperij Augusti xpristus natus est.

Quarta continet viam qua fulciri defendiq; poterit veritas de anno die/et/feria. quibus xpristus passus est/et/resurrexit

Quinta continet defensionem vie predicte. licet aduersari videatur doctrine quorudam historiographorum/et compotistarum.

Sexta continet pro defensione vie predicte declarationem. q ciclus solaris (que Julius intenderat) interea per patres ecclesie primitiue mutatus est.

Septima continet solutionem vnius obiectionis/que videtur fieri posse contra viam predictam. occasione cicli solaris.

Octaua continet solutionem cuiusdam obiectionis/que contra viam predictam videtur fieri posse/occasione cicli lunaris hebreorum.

Secundum capitulum (in quo pro corroboratione vie predicte declaratur/q per eam plures veritates hactenus vel dubie/vel penitus incognite palam innotescunt) continet quinq; particulas.

